In nomine Domini. Ego Willelmus Arnaldi et uxor mea Rangardis et filii nostri [U]dalgeri[us] et Bertrannus, nos simul in unum donatores sumus tibi Mauie filie nostrae et viro tuo Ramundo Bernardi; donamus vobis unum mansum in co[m]munitate Carcassense, in villa que dicitur [Dom]nova, cum ipsis nostris hominibus Bernardo Vierni et fratribus suis Ramundo et Armando et cum sorore eorum Aquaviv[a], cum terris et vineis, curtis, curt[alibus, ortis], ortalibus, pratis, pascuis, silvis, garriciis, sicut umquam Radeus melius habuit et tenuit ipsum mansum de Arnal[d]o Oliba patre meo. Iterum donamus [ipsum c]ampum nostrum que dicitur Campus Rotundus in ipso vilare qui dicitur Aiglino; de altano affrontat in campo Petri Arnaldi, de ci[rc]i et de meridie in honore Petri [.]di, de aquilone in terra Petri Guitardi. Et in eodem terminio de Aiglino, donamus vobis alium campum qui affrontat de altano in via q[ue] ducit Cerviano, de circi in terra luerni, de meridie in terra de Areas, de aquilone in terra nostra. Et ad ipsum Pratum, donamus vobis vineam nostram quam Petrus Poncii [te]net de nobis ; de altano affrontat de Arnaldo Guitardi ; de circi in vinea Poncii Bernucii. Et in loco qui dicitur Viveir, donamus vobis terram nostram que affr[on]tat de altano in via, de circi usque in ipso torrente. Et in eodem loco, donamus vobis nostram partem de una terra que similiter affrontat de altano in vi[a], de circi in ipso torrente. Et iterum donamus in eodem loco ultra viam, nostram partem de una terra, damus vobis. Et ad ipsam Fontanellam donamus vobis nostram part[em] de alia terra que est iuxta vinea de Fervanaco. Et ad Rigal, donamus vobis terram nostram unam quam Petrus Ramundi dedit michi Guillelmo Arnaldi. Et in terminio de Villamagna, donamus vobis unum campum qui vocatur Perella ; et affrontat de altano in vinea Benefacte, de circi in terra que fui[t] Poncii Bonifilii, de meridie in via, de aquilone in terra Petri Bernardi. Et in terminio de Aiglino, donamus vobis vineam unam quam tenet Petrus Olibe ; de altano affrontat in vinea Poncii Bernucii, de circi in vinea hominum de Scauno^a, de meridie in vinea Sicfredi Poncii, de aquilone in costa. Et in terminio predicti Aigli[n]i, donamus vobis terciam partem vinee quam Arnaldus Guitardi tenet. Sicut superius scriptum est, sic donamus vobis Ramundo Bernardi et uxori tue filie nostrae Mauie^b ut, dum vixeritis, teneatis et possideatis vestrisque infantibus filiis et filiabus relinquatis. Si vero infans de vobis duobus non remanserit et tu Raimundus Mauiam supervixeris, teneas tu istam donationem in vita tua ; post obitum tuum ad propinquos nostros revertatur. Et sic ista carta firma atque stabilis permaneat omni tempore, que facta est III kalendas ianuarii VI feria, anno ab Incarnatione Domini millesimo C°VI°, regnante rege Philipo. S. Guillelmi Arnaldi et uxoris eius, qui istam cartam firmaverunt. S. Petri Arnaldi. S. Ro[d]geria Arnaldi. S. Ugonis filii Rangardis. Osmundus scripsit die et anno iam dicto, iussu Willelmi Arnaldi.

a. Peut-être Escau, écart dela commune voisine de Villefloure—. b. Le scribe s'est repris ; on peut lire Mavie comme Maine.

24
1107

Géraud de Rieux-en-Val et Pierre de Durfort donnent au monastère de La Grasse ce qu'ils ont et tiennent à Forodones.

Source : Lagrasse I-178, p. 239.

ANALYSE : Dom Dulaura, *Synopsis*, p. 70.

Geraldus de Riuro et Petrus de Durfort donaverunt Deo et Sanctae Mariae Crassae et domno Rotberto abbati et monachis eiusdem loci, praesentibus et futuris, totum quod habebant et tenebant in terminio de Foredonas, anno ab incarnatione Domini M^oC^oVII^o, regnante Philippo rege.

25

1108, 21 mars.

Bernard Aton, vicomte de Béziers et Carcassonne, par amour pour Dieu et par révérence pour le monastère, engage à l'abbé Robert et aux moines, pour la somme de 30 livres d'argent pur au poids de Carcassonne, l'albergue qu'il possède dans les villae de l'abbaye : Malviès, Cépie, Vermeille, Boulhonnac, Millegrand, Badens, et dans celles de Saint-Polycarpe : Gaja et Villedieu. Il s'engage à ce que ni lui ni ses successeurs n'y réclament d'albergue avant d'avoir restitué la somme due au monastère.

Source : Lagrasse I-181, p. 241-242.

A. Original. Hauteur : 167 mm ; largeur : 428 mm. Arch. dép. Aude, H 36, n° 3.

a. Mahul, II, p. 240 (court extrait).

[...]

Facta karta inpignoracionis istius XII kalendas aprilis, anno ab Incarnatione Domini millesimo C^oVIII^o, regnante Philipo rege. Sig+num Bernardi Ato, qui hanc kartam scribere fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Cecilie uxori eius. Sig+num Rogeri filius eius. Sig+num Villelmi Poncii de Carcassona. Sig+ Geraldus de Riui. Sig+num Villelmi Ferrolli de Carcassona. Berengerius monachus scripsit die et anno quo supra (ruche).

26

1108, 25 mai.

Bernard Raimond de Domneuve et sa femme Gonberga donnent, pour motif pieux, à l'abbé Robert et aux moines de La Grasse un manse de la villa de Domneuve que Bernard Salvagi tient d'eux en gage, avec une terre à la Costa Eigbran, plus le jardin que le même Bernard Salvagi tient aussi d'eux en gage.

Source : Lagrasse I-183, p. 243.

A. Original. Hauteur : 120 mm ; largeur : 290 mm. Arch. dép. Aude, H2j, n° 8.

In nomine Domini. Ego Bernardus Raimu[ndi] de Domnova et uxor mea nomine Gonberga donamus et relinquimus in presenti domino Deo et Sancte Marie Crasse et domno abbati Rotberto et monachis ipsius loci presentibus et futuris unum mansum, quem quidam homo nomine Bernardus Salvagi tenet per nos in pignus. Et est istum mansum in villa de Domnova, quem donamus ad Sanctam Mariam Crassam ad alodem cum unam terram que est in loco qui vocatur ad Costam Eigbran, totum quem nos habemus vel abere debemus aud ullus homo aud femina per nos. Et similiter ego suprascriptus Bernardus Raimundi dono et relinquo post mortem meam unum ortum ad Sanctam Mariam Crassam ad alodem, quem supradictus Bernardus Salvagi tenet in pignus per me, totum ab integro quantum ego habeo vel abere debeo aud ullus homo vel femina per me. Et hoc totum facio propter amorem Dei et propter remedium anime mee vel parentum meorum.

Facta karta donacionis huius VIII kalendas iuni, anno ab Incarnatione Domini millesimo C°VIII°, regnante Philipo rege. Sign+um Bernardi Raimundi, qui istam kartam scribere iussit et testes firmare rogavit. Sign+um Gonberga uxor eius. Sig+um Villelmi Raimundi fratri sui. Sig+um Petri Raimundi de Domnova. Sig+um Bernardi capellani Sancti Michaelis. Berengerius monachus scripsit die et anno quo supra (ruche).

27
[ACTE FAUX]¹
1110.

Bernard Aton IV, vicomte de Carcassonne, en présence de ses deux fils, Roger [et Raimond] Trencavel, prête hommage et jure fidélité de mains et de bouche à l'abbé Léon pour les fiefs qu'il tient de lui.

Source : Lagrasse I-188, p. 248-251.

B. Copie délivrée par Guillelm Raimond, notaire public de Calavo, le 4 février 1253, Arch. nat., J 335, Carcassonne, n° I. — C. Copie de la fin du xiii^e siècle, *Registrum Curie Francie domini régis de feudis et negociis senescalliarum Caturcensis, Bellicadri et Tholosani et Caturcensiset Ruthenensis*, Bibl. nat., ms lat. 9988, fol. 29-30, d'après B. — D. Copies des xvii^e et xviii^e siècles du *vidimus* de 1253, Arch. Dép. Aude, H 38, n° i' et 1'' [Cette copie porte au dos, écrite par une autre main du xvii^e siècle, une liste de vingt et un toponymes figurant dans la première partie de l'acte : « Coufolens, Leuc, Cappendu, Mayrac, Albas, Mons, Rieux et Valdedaigne, Favies, La Villa, Arques, Servies, Villetritols, Thaurise, Pradelles, Comelles, Termes, Ventajou, Cassanioles Ferrals, Villalongue».]

a. H.G.L., II, n° 353, col. 375, d'après B. — b. Mahul, II, p. 2441, d'après a. — c. H.L., V, n° 435, col. 811-814, d'après c. — d. A. Teulet, *Layettes du Trésor des chartes*, Paris, t. I, 1863, p. 36, n° 39, d'après B.

ANALYSE : Dom Dulaura, *Synopsis*, p. 73.

Texte établi d'après B et C.

Carta Bernardi Attonis vicecomitis Carcassone recognoscens tenebat in feudum a Crassense monasterio sexdecim inter castra et villas, scilicet de Coffolento et de multis aliis^a.

In nomine Domini. Ego Bernardus Attone, viscecomes Carcassonne, in presentia filiorum meorum, Rogerii [et]^b Trenquavelli, et Petri Rogerii de Barbairano et Guilelmi Ugonis et Raimundi Mantellini, Petri de Vitraco, nobilium, et multorum aliorum proborum virorum [...]. Ideoque cognoscant omnes, presentes et futuri, quod ego Bernardus Attone prefatus, dominus et viscecomes Carcassone, recognosco in veri tate tibi domino meo Leoni, abbati Dei gratia Beate Marie Crasse, et tuis successoribus quod teneo et tenere debeo in feudum, in Carcassessio scilicet : castra de Coffolento, de Leoco, de Canesuspenco, quod alio nomine vocatur Sanctus Martinus de Surzaco, et villas de Mairaco, de Albars et de Musso. Et in Valle Aquitania : Rivum, Faverium, Vilarium, Archas^c, Servianum, Villatritols, Tausiranum^d, Pradellas, Comellas. Iterum recognosco quod teneo a te et a dicto cenobio in feudum castrum de Terminis in Narbonesio; et in Minerbesio, castrum de Ventaione et villas de Cassanollas et [de] Feralibus et Aioharas^e; et in Redesio, villulam de Villalonga; [...] Preterea ego prefatus viscecomes recognosco quod villule de Caunetis, de Maironis, de Villamagna, de Aiglino, de Villadasas, de Villafrancos, de Villa Deuz, de Villaudriz, de Sancto Genesio, de Gavarto, de Congusto et de Mata, cum podio de Mathus, et castra de Villalauro, de Claromonte, dum villulis Sancti Stephani de Surlaco, de Agrifolio superiori et inferiori, debent esse dicti cenobii, et quisquis tenet ibi aliquid, tenet a cenobio eodem secundum quod vidimus et audivimus in privilegiis et cartis cenobii legere et erat scriptum.

Factum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo C°X°, regnante Lodoico. Sig+num Bernardi Attonis viscecomitis Carcassonne. Sig+num Raimundi Mantellini. Sig+num Petri Rogerii de Barbairano. Sig+num Rogerii filii dicti viscecomitis Carcassone. Sig+num Petri de Vitraco. Sig+num Trenquavelli filii dicti viscecomitis Carcassone. Sig+num Guilelmi Ugonis. Sig+num dompni Leonis abbatis, qui hanc recognitionem hominii dicti viscecomitis recepi.[...]

a. *Cette rubrique est reprise de C. —b. Bernard Aton IV eut trois fils : Roger Ier, vicomte d'Albi, Carcassonne et Razès qui mourut sans enfant en 1150, Raimond surnommé Trencavel, qui succéda à Roger et mourut en 1167, et Bernard Aton V, vicomte de Nîmes et Agde (H.L., IV, p. 105). Que le second fils ne soit nommé ici que par son surnom, « Trencavel », démontre déjà la distance qui sépare la rédaction de l'acte du temps où vivaient les acteurs supposés de la charte. — c. Archas, affecté d'un renvoi, est écrit entre les lignes 6 et 7 de B. —d. Lecture erronée pour Taurisanum, donné par D. —e. Aicaras C ; Antrabas D. —*

1- Cette charte est faussement attribuée à Bernard Aton IV. En effet, des mots ou expressions tels que *vassalus, feudum, facere hominum et fidelitatem manibus et bucca, reddere potestatem de omnibus feudis, feoda commissa*, n'appartiennent pas à la langue méridionale du xii^e siècle. Il s'agit de formes importées dans le Midi après la Croisade Albigeoise par les nouveaux administrateurs. En outre, le patrimoine de l'abbaye dont la charte fait état n'était pas constitué au début du XII^e siècle, et il n'est même pas sûr qu'il ait eu cette consistance au XIII^e siècle. Ce faux manifeste a pu être confectionné sous la forme même du vidimus de 1253, puisque l'authentification est seulement garantie par l'archevêque de Narbonne et l'évêque de Carcassonne en des formes peu classiques. En effet, tant Guillelm Ier, archevêque de Narbonne, que Guillelm II, évêque de Carcassonne, avaient pris manifestement le parti du roi à cette époque. Les auteurs de la Gallia Christiana rappellent (col. 877) que ces deux ecclésiastiques « furent ceux qui, avec un troisième évêque du Midi, écrivirent à saint Louis vers 1253 [date du vidimus] pour qu'il daigne mettre à exécution l'arrangement amiable qui concernait l'abbaye de La Grasse ». Les moines semblent bien avoir mis à profit les circonstances troublées que la province connaissait alors et les confiscations de biens prononcées contre les hérétiques pour obtenir par le biais d'actes faux (voir aussi les n^{os} 203 et 206), un accroissement considérable de leurs richesses et de leur pouvoir. La fausse charte de Bernard Aton servit de référence dans les discussions qui opposèrent le roi à l'abbé de La Grasse au sujet, précisément, des fiefs tenus de l'abbaye par la famille de Trencavel (cf. H.L., V, n^o 435, n. I) et fut recopiée dans le Registre de la cour royale. Sur les registres, cf. L. Delisle, Catalogue des actes de Philippe-Auguste, Paris, 1856, p. XXIX-XXX.

28

[1113, 25 mars-1114, 24 mars]. — Notre-Dame de Lagrasse

Source : Douzens-A89, p. 86-87.

Ermengau de Barbairano et sa famille, Guilhem Raimond et son frère donnent en alleu à Pierre Garin (Guarini), prieur de Saint-Jean de Carrière, et à ses clercs une part de leur « honneur » à Carrière, donation qu'ils consentent en la main de Bernard-Atton vicomte [de Carcassonne], de l'évêque d'Albi, du vicomte de Lautrec et d'autres nobles hommes. Bertrand et Étienne « Antias » se joignent aux premiers donateurs pour céder à Saint-Jean 4 sétérées de terre à « Stajols ».

In nomine Domini. Ego Ermegaudus de Barbairano et uxor mea atque infantis nostri, et ego Bernardus de Caneto et uxor mea, et ego Guillelmus Raimundi et frater meus Raimundus Guillelmi, nos omnes pari et spontanea voluntate donatores sumus Deo omnipotenti et sancte Marie Dei genitrici atque sancto Johanni Baptiste, quem vocant de Carreira. Huic igitur sancto Johanni predicto et domno ejusdem ecclesie priori Petro atque clericis suis presentibus et futuris donamus aliquam [fol. 65 v^o] partem honoris nostri in predicto loco Karreira, qui ab oriente concluditur via publica discurrente ad Rocam Negatam, a meridie in ipsas fixorias et bodolas quas ego Ermengaudus posui et firmavi in terra, a circi et de aquilone in nostro honore et in via que discurrit usque ad eum locum quem Rocha de Roilon vocant. Quantum infra istas

affrontationes suprascriptas concluditur, sic donamus predicto sancto Johanni et tibi Petro Guarini priori atque ipsi loco (a) cui ipsum jamdictum honorem donare et relinquere volueris. Donamus vobis ipsum honorem atque relinquimus ad alodium perpetuum possidendum sine ulla retinencia et absque aliqua reservatione, quod nec nos prescripti donatores neque ullus vicecomes Carcassone sive alia potestas aut ullus homo aut femina in ipso honore sancti Johannis ullo ingenio, ulla voce, aliquod servicium vel usum requirere non possimus. Istam autem guarpicionem fecimus in manu domni Bernardi Attonis vicecomitis, et episcopi albiensis, atque Frotardi vicecomitis de Lautreg, et Bertrandi de Rocha Negada atque plurimorum nobilium virorum, qui huic guarpitioni prese[n]tes fuerunt. Hoc vero facimus et istum honorem beati Johanni concedimus pro peccatorum nostrorum remissione et redemptione animarum nostrarum atque parentum nostrorum, ut misericors et omnipotens Deus nobis et omnibus qui locum Sancti Johannis cum suis habitatoribus honoraverint et de suis muneribus ipsis elemosinas fecerint vitam eternam, gloriam sempiternam donare dignetur, qui vivit et regnat (b) per omnia secula seculorum. Amen. Amen. Amen. — Sig.+m Ermengaudi de Barbairano. — Sig.+m Bernardi de Caneto. — Sig.+m Guillelmi Raimundi. — Sig.+m Raimundi [fol. 66] Guillelmi. — Sig.+m domni Leonis, Alme Marie Grasse abbatis, quo presente carta hec in predicto loco scripta est. — Nos iterum prenominati donatores et ego Bertrandus et ego Stephanus Antias, donamus sancto Johanni quatuor sestairatas de terra in ipso loco quem vocant Stajols ad alodium in perpetuum. — Sig.+m Petri Rogerii. — Sig.+m Berardi. — Sig.+m Arberti. — Osmundus scripsit hec anno millesimo .C.XIII. Incarnationis dominice, regnante rege Lodovico, Philippi regis filio.

29

1114, 26 mai.

Aimeric, vicomte de Narbonne, et sa femme Ermengarde engagent au monastère de La Grasse leur villa de Lac en Narbonnais, avec son château, toutes les dépendances et les taxes qu'ils y requièrent, pour la somme de 68 livres d'argent fin au poids de Narbonne et 25 onces d'or excellent. Le terme du remboursement est fixé à la Toussaint, au bout d'un délai de trois ans. S'ils n'ont pas remboursé leur dette à cette date, le vicomte promet que l'abbaye « tiendra » sa villa aussi longtemps que son revenu ne lui aura pas permis de rentrer dans la créance, et ceci d'une Toussaint à une autre Toussaint. Guillelm Raimond de la Redorte et son fils, Bernard Amat de Montséret, Pierre Bernard de Narbonne, Rodlan du Lac et son frère se portent garants envers les moines de l'intégrité du gage à leur profit.

Source : Lagrasse I-195, 257-258.

A. Original. Hauteur : 230 mm ; largeur : 390 mm. Arch. dép. Aude, H 36, n° 6. Charte partie par ABC d'une belle facture.

B. Coll. Doat, vol. 66, fol. 217-218, d'après « une copie en parchemin trouvée aux archives de labbayede Lagrasse ».

a. H.G.L., II, n° 363, col. 388-389 (extraits). — b. Mahul, II, p. 242, d'après a. — c. H.L., V, n° 448', col. 838-839, d'après A (extraits).

[...]

Facta karta VII kalendas IUNII, anno ab Incarnatione Domini millesimo C°XIII°, regnante Ludovico rege. Sig+num Aimerici et uxoris eius Ermengardis, qui isti cartam scribere fecerunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Villelmi Raim[un]di^b de Redorta et Villelmi filii eius. Sig+num Bernardi Amati de Monte Sereno. Sig+num Petri Bernardi de Narbona. Sig+num Giralli d[e]^b Riuro. Sig+num Porcel de Narbona. Sig+num Rodlanni de Lac et Berengarii fratris eius. Et nos suprascripti testes, scilicet ego Villelmus Raimundus de Redorta et Villelmus filius

meus, et ego Bernardus Amati de Monte Sereno, et ego Petrus Bernardi de Narbona, et ego Guillelmus de Riuro, et ego Porcel de Narbona, et ego Rodlannus de Lac, et Berengerius frater meus, facimus plivi per nostram fidem Deo et Sancte Marie Crasse, ut istam pignoram sicut suprascriptum est habere et tenere [fa]ciamus^c abbati et monachis eius sine inganno. Et si aliquis de ista pignora eis aliquid abstulerit, intra XVindies eis reddere^d faciamus. Sancius monachus scripsit die et anno QUO SUPRA.

b. *Le parchemin est assez profondément rongé sur le bord droit.* —c. *Trou dans le parchemin*—. d. *Les deux dernières lettres ont été exponctuées inutilement.*

30

1114, 10 décembre

Etienne de Gabart donne à Sainte-Marie de La Grasse et à Saint-Michel de Nahuze son corps et son âme, l'alleu qu'il possède dans les terroirs de Gabart et Le Congoust et deux pièces de terre. Il reçoit pour ce don 30 sous de Melgueil des mains d'Arnaud, prévôt de Saint-Michel.

Source : Lagrasse I-197, p. 261.

Analyse : Dom Dulaura, Synopsis, p. 74.

Stephanus de Gavard donavit corpus suum et animam suam Deo et beate Mariae monasterii Crassae et ecclesiae beati Michaelis de monte quem vocant Anausa, alodem quem habebat vel habere debebat in terminio de villa de Gavart vel in terminio de Congost, et duas terrae pecias. Et propter hoc accepit de manu Arnaudi praepositi Sancti Michaelis XXX solidos melgorienses.

Facta fuit haec carta IIII idus decembris, anno M^oC^oXIII^o ab Incarnatione Domini, regnante Ludovico rege.

31

[ACTE FAUX]

1118, 30 novembre. — Maguelone.

Gélase II prend sous sa protection le monastère de La Grasse, au sujet duquel il a trouvé au palais du Latran la preuve écrite que Charlemagne en avait fait don au bienheureux Pierre, et il confirme l'ensemble de son patrimoine dans les évêchés de Narbonne, Carcassonne, Toulouse, Elne, Gérone, Urgell et Albi. Il interdit à quiconque de soustraire quoi que ce soit au monastère qu'il place, à l'exception de toute autre autorité, sous celle du Siège Romain, accorde aux moines la liberté d'élire leur abbé selon la règle de saint Benoît et éventuellement l'appui de la sanior pars des frères, de recevoir le saint chrême soit de leur évêque s'il se trouve en communion avec Rome, soit de tout autre évêque « catholique », et d'être exempts des effets de l'interdit dans les paroisses qui dépendent d'eux. Il renouvelle en leur faveur le privilège d'Urbain II qui spécifiait que les évêques et les abbés devaient réciproquement s'accorder au sujet de l'administration des paroisses monastiques, exige du monastère le versement annuel de 5 sous d'or et menace d'excommunication ceux qui enfreindraient ces dispositions.

Source : Lagrasse I-203, p. 269-273.

A'. Pseudo-original. Hauteur : 771 mm ; largeur : 538 mm. Bibl. nat., coll. Baluze, vol. 398, n° 3.

B. Copie, vraisemblablement de la deuxième moitié du XIIIe siècle, dans un faux renouvellement de l'acte précédent par le pape Grégoire IX, daté du 25 avril 1228, Bibl. nat., coll. Baluze, vol. 380, n° 38 (numérotation

figurant au dos du ms). —C. Copie du xv^e siècle de B, *Second Livre Vert*, Arch. dép. Aude, H 9, p. 25-44. —D. Dom Trichaud, *Chronicon*, p. 131-132 et 143-145(extraits). —E. Dom Dulaura, *Synopsis*, p. 76-80 (copie presque intégrale).

a. H.G.L., II, n° 389, d'après les archives de l'abbaye. — b. *Gallia christiana*, VI, *Instr. eccl. Carcass.* n° XXVI, col. 434-36, d'après A et B'. —c. Mahul, II, p. 245- 47, d'après a et b. —d. P.L., t. 163, col. 504-507, d'après b. — e. H.L., V, n° 464 (extraits) d'après a. - f C. Pailhès, *Les actes de l'abbaye de Lagrasse* (1115-1279), t. II, n° 1 (acte faux).

INDIQUÉ : Inventaire de 1494, Arch. dép. Aude, H 7, fol. 9. —Jaffé-Wattenbach, n° 6663. —Potthast, n° 8177. Texte établi d'après A' et B.

Gelasius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Berengario abbati Crassensis monasterii beate Marie, quod in Crassensi parochia situm est, eiusque successoribus regulariter instituendis, in perpetuum^a. In Lateranensis palatii thomis repperimus quod Karolus imperator beate Marie Crassense monasterium in Carcassensi parochia aedificans beato Petro obtulerit cum universis que loco eidem contulerat. Et nos ergo, eadem catholici regis oblationes suscipientes, monasterium ipsum beati Petri protectione decrevimus confovere, statuentes ut quecumque vel ab eodem rege vel ab aliis catholicis principibus ei collata, vel aliis iustis modis adquisita sunt, firma semper et illibata permaneant, in quibus hęc propriis duximus nominibus annotanda. In Narbonensi episcopatu, [...]

In episcopatu Carcassensi, ecclesiam Sancti Michahelis de Anausa, Sancti Martini de Podio Lato, Sancti Iuliani de Rabedoso, Sancti Petri de Alarico, Sancti Cucufati de Lausa, Sancti Martini de Curtes, Sancte Marie de Cominiano, Sancti Petri de Millanello, Sancti Andree de Miliano, Sancti Pauli de Boloniaco, Sancti Fulci, Sancti Ylarii de Casilaco, Sancte Marie de Verziliano, Sancti [Q]uirici^g de Agrifolio, Sancti Iohannis de Agrifolio superiori, Sancti Stephani et Sancti Cypriani de Faveris, Sancte Marie de Tautirano, Sancti Martini de Cosano, Sancte Marie de Cerviano, Sancti Stephani de Caunas, Sancti Petri de Bagnuls, Sancte Marie de Petramala, Sancti Cypriani de Villa Alzenaria^h, Sancti Genesii de Septembriano, Sancti Felicis de Mirallas, cum pertinentiis earum. Et castrum Alarici ; et villam Sancti Cucufati de Lausa, et Flexi, et Curtes, Cuminiani, Milani, Bolonaci, Cazilaci, Virziliani, Agrifolii superioris et inferioris ; et alodium de Badenxⁱ, de Beriaco cum pertinentiis suis.

In Tholosano episcopatu, [...]

g. *On devine* Cirici dans B.—h. Asanaria B.—i. Badenx B.

32 1118

Guilhem Raimond et ses frères Alairand et Bernard donnent à Cecilia, vicomtesse, et à ses fils l'honneur qu'ils ont à Termes, ainsi que le tenaient Pierre Olivier et son fils Olivier, pour le prix de 500 sous melgoriens et 500 soudées.

Source: Trencavel-190, fol. 60.

B. Coll. Doat, vol. 166, fol. 7-8.

a. *HGL*, V, col. 869.

De Termino.

In Dei nomine, ego Willelmus Raimundi et fratres mei Alairandus et Bernardus nos insimul donamus tibi Cecilie vicecomitisse et filiis tuis omnem illum honorem quem habemus et habere debemus in Termino et qui pertinet et pertinere debet ad ipsum castrum de Termino, scilicet in castellis, in villis, in turris, in vineis, cultis et incultis, in pratis, in pascuis, in silvis, in garricis,

in aquis aquarumve ductibus omnia integritur sicut melius Petrus Oliverius et filius ejus Oliverius habuerunt et tenuerunt in qualicumque terra ea habuerint. Quem scilicet honorem nobis advenerit per successionem avi nostri, per quascumque conveniencias sive voces ad nos pertinet vel pertinere debet sine inganno totum donamus et laudamus tibi et tuis filiis. Et si aliquis homo vel femina amparaverit aut placita inde habueris legales tibi garvones erimus per directum. Propter haec accepimus a te quingentos solidos melgoriensium et quingentas solidatas. Facta est carta donationis hujus dominice Incarnationis anno M^oC^oXVIII^o, regnante Lodovico rege. S. Willelmi Raimundi et Alairandi et Bernardi fratrum ejus qui hanc cartam fieri jusserunt et testes firmare rogaverunt. S. Arnaldi de Laurano. S. Willelmi Calvet. S. Willelmi de Limos. S. Willelmi Sigerii de Pomars. S. Geraldi de Rivo. S. Willelmi Rogerii de Vilare. Petrus scripsit.

33

[ACTE TRÈS SUSPECT]¹

1119, 17 juillet. - Toulouse.

Après avoir pris connaissance du privilège de Gélase II, Calixte II confirme à l'abbaye de La Grasse l'ensemble de ses possessions, à savoir :

Dans le diocèse de Narbonne, les églises de Saint-Laurent de la Cabrerisse, Saint-Félix de Capestang, Saint-Pierre-du-Lec, Sainte-Eulalie de Koubia, Saint-Félix et Saint-Nazaire de Lézignan, Saint-Julien de Fontcouverte, Saint-Sernin de Villerouge, Sainte-Eulalie de Thézan, Saint-Adrien de Tournissan, Saint-Sébastien de Ribaute, Saint-Pierre de Prat, Saint-Aciscle de Villebersas, Saint-Martin de Tréviac, Sainte-Marie-Madeleine de Quintillan, Saint-Adrien et Sainte-Marie de Mayronnes, Saint-Martin de Nouvelles, Saint-Jean de La Palme, Saint-Pierre de Padern, Saint-Martin de Mouillet, Saint-Martin-des-Puits, Saint-Félix de Malviés, Saint-Etienne de Cépie, Saint-Romain de Lairière, Saint-Pierre de Cabrespine, leurs villages et appartenances; les bourgs du Lec, du Lac avec ses plages, de Lézignan, Roubia, Caumont, Luc, Le Répudre, Camplong, Villerouge, Cascastel, Nouvelles, leurs ressorts et appartenances.

Dans le diocèse de Carcassonne, les églises de Saint-Michel de Nahuze, Saint-Martin de Pechlat, Saint-Julien de Rabesols, Saint-Couat, Saint-Martin-des-Courts, Sainte-Marie de Comigne, Saint-Pierre et Saint-André de Millegrand, Saint-Paul et Saint-Aignan de Bouilhonnac, Saint-Foulc, Sainte-Marie de Verzeille, Saint-Jean de Greffeil-le-Bas, Saint-Etienne du Val de Daigne, Saint-Geniès, Saint-Félix de Mirailles, leurs villages et appartenances, le bourg d'Alaric et ses appartenances.

Dans le diocèse de Toulouse, le monastère de Camon, les églises Sainte-Marie et Saint-Paul d'Auterive, Sainte-Marie de Mozencs, Saint-Sernin de Sileans, Saint-Sernin de Heremovilla, Saint-Pierre de Bouzonville, Sainte-Marie de Solario, Saint-André de Pompertusat, Saint-Marcel, Saint-Pierre de Macères, Sainte-Marie de Rabat, Saint-Martin de Pierrefitte, Sainte-Marie de Porzello Grisi, Saint-Etienne de Soupex, Saint-Loup, Sainte-Marie de Besset, leurs villages et appartenances.

Source : Lagrasse 1-206, p. 275-280.

B. Copie du 4 juillet 1228 figurant dans la bulle originale de Grégoire IX, délivrée à cette date en faveur de l'abbaye de La Grasse, Bibl. nat., coll. Baluze, vol. 380, n° 39 (porté au dos de la charte). — C. Copie du XIV^e siècle, Bibl. nat., coll. Baluze, vol. 380, n° 40 (numérotation figurant au dos du parchemin). — D. Inventaire de 1494, Arch. dép. de l'Aude, H 7, fol. 9-10. — E. Copie du XV^e siècle, *Second Livre Vert*, Arch. dép. Aude, H 9, fol. 18-20. — F. Dom Trichaud, *Chronicon*, p. 415.

a. Mahul, II, p. 247 d'après C. — b. U. Robert, *Bullaire du pape Calixte II*, Paris, 1891, t. I, p. 54, n° 39. — c. C. Pailhès, *Les actes de l'abbaye de Lagrasse* (1115-1279), t. I, p. 87, n° 3.

INDIQUÉ : *Gallia christiana*, VI, col. 943. — Jaffé-Wattenbach, n° 6718.

Texte établi d'après B et D [Les passages entre crochets correspondent aux lacunes de B et sont restituées d'après D.]

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Berengario, abbati Crassensis monasterii beate Marie, quod Carcassensi parrochia situm est eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum^a. Ex domini nostri sancte memorie GELASII pape privilegio cognovimus in thomis Lateranensis palatii repperii Karolum imperatorem beato Petro Crassense beate Marie monasterium obtulisse cum universoque loco eidem ab eo edificato contulerat. Eapropter nos ad eiusdem domini nostri exemplar locum ipsum cum omnibus ad eum pertinentibus beati Petri patrocinio communivimus. Statuimus enim ut, quecumque aut ab eodem rege aut ab aliis catholicis principibus ei collata vel aliis iustis modis acquisita sunt, firma semper et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus nominibus annotanda.

In Narbonense episcopatu, ecclesiam Sancti Laurentii de Capraricia, Sancti Felicis de Capite Stagno, Sancti Petri de Licii, Sancte Eulalie de Rubiano, Sancti Felicis et Sancti Nazarii de Leziniano, Sancti Iuliani de Fonte Cooperta, Sancti [Saturni]ni de Villa Rubea, Sancte Eulalie de Tezano, Sancti Adriani de [Torreza]no, Sancti Sebastiani de Ripa Alta, Sancti Petri de Pratis, Sancti Aciscli de Villa Bercianis, Sancti Martini de Triviaco, Sancte Marie Magdalene de Quintiliani, Sancti Adriani et Sancte Marie de Mairolas, Sancti Martini de Novellas, Sancti Iohannis de Palma, Sancti Petri de Paderno, Sancti Martini de Molleto, Sancti Martini de Puteo, Sancti Felicis de Malverio, Sancti Stephani de Sepiano, Sancti Romani de Laireria, Sancti Petri de Capraspina cum villis et pertinentiis earum. Et in eodem episcopatu, castrum de Leco, castrum de Laco cum pertinentiis suis et plagis marinis, Liziniani, Rubiani, Caputmontis, Luci, Rivi Putidi, Campi Longi, Ville Rubea, Calzcastelli, Novellas cum [villis et] pertinentiis earum.

In episcopatu Carcassensi, ecclesiam Santi Michaelis de Anausa, Sancti Martini de Podio Lato, Sancti Iuliani de Rabedoso, Sancti Cucufati de Lausa, Sancti Martini de Curtes, Sancte Marie de Cuminiaco, Sancti Petri et Sancti Andree de Miliano, Sancti Pauli et Sancti Ananie de Bozoniaco, Sancti Fulchii, Sancte Marie de Virziliaco, Sancti Iohannis de Agrifolio inferiore et Sancti Stephani de Valle Aquitanica, Sancti Genesisii de Septembriano, Sancti Felicis de Mirallas cum villis et pertinentiis earum. Castrum Mala[rici]^b cum pertinentiis suis. [...]

a. Cette phrase est écrite en majuscules. — b. lire Alarici

1- Le contenu de cet acte appelle plusieurs remarques :

1) Si l'on compare à l'apport des chartes regroupées ici même, la liste des biens dépendant de l'abbaye telle qu'elle figure dans cette bulle, on ne peut qu'être frappé par ses étranges silences. Calixte II, à la demande des moines, *locum ipsum cum omnibus ad eum pertinentibus... communivit*. Or, pour le Narbonnais et le Carcassès, les villages de Blomac, Boutenac, Capestang, Casilhac, Cépie, Saint-Couat, Domneuve, Fabrezan, Faviès, Ferrals, Fontcouverte, Greffeil, Lairière, Malviès, Palayrac, Ribaute, Thézan, Verzeille, dont on sait que l'abbaye possède soit la totalité, soit des fractions plus ou moins importantes, ne sont pas cités, alors qu'ils figurent, parmi d'autres, dans la fausse bulle de Gélase II dont Calixte II déclare avoir eu connaissance.

2) La liste des églises que l'abbaye posséderait dans le diocèse de Toulouse révèle des modifications profondes et inexplicables par rapport à celle que fournit la fausse bulle de Gélase II censée être de huit mois plus ancienne. Chacune d'entre elles fournit quinze noms, mais seules six églises leur sont communes, si l'on met à part le prieuré de Camon. Pour ce diocèse aussi, l'apport des chartes n'est pas pris en compte, notamment pour les églises de Mérens et d'Ax.

3) Quand il travaillait dans le chartrier de La Grasse, dom Trichaud eut connaissance des

Titres anciens et il a pu, d'après eux ou d'après des listes déjà établies, dresser la série des « places dépendantes en toute justice, haute, moyenne et basse, du seigneur abbé et du chapitre de la Grasse » (*Chronicon*, p. 158-159). Parmi elles, figurent les terroirs absents ici, où l'abbaye a reçu les donations les plus anciennes. Il complète cette série par celle qui concerne « les places où lesdits seigneurs ont encore à présent quelque droit » (*ibid.*, p. 60). Les deux s'accordent avec les données que les chartes permettent d'établir, mais sont comme elles, en discordance avec la teneur de la bulle de Calixte II.

4) Enfin, Calixte II fait aussi référence à la donation par Charlemagne du monastère au Saint-Siège. Il nous semble hasardeux, dans ces conditions, de faire fond sur ce document pour évaluer le patrimoine monastique de La Grasse au début du XII^e siècle. Bien que la liste des églises monastiques y paraisse plus probable que celle de la bulle n°18, les invraisemblables lacunes qu'elle contient en font un document suspect, conçu plutôt, semble-t-il, comme un complément de la fausse bulle de Gélase II. Mais le travail du faussaire fut payant : comme la fausse charte de Bernard Aton IV, cette bulle eut les honneurs d'une confirmation officielle par Grégoire IX. Voir le tableau synoptique des bulles n°203 et 206 dans *l'Introduction*, p. LXV-LX.

34

[1124-1125]

[suite ou début du n° 383] *Paix et trêve. Guilabert de Laurac s'est remis dans le pouvoir de B[ernard] Aton [IV], vicomte et Roger de Lator, Guilhem Jourdain, Pons Bertrand, Raimond de Vilar et Pierre de Castellon se sont portés garants pour lui. Même chose pour Isarn Jourdain (3 garants), Bernard Batalla (1 garant), Bérenger Assalit (3 garants), Pierre de Laure (2 garants), Guilhem de Roquefère (1 garant), Gausbert de Rieux (2 garants), Géraud de Capendu (2 garants), Pierre de Clermont (2 garants), Udalguier (1 garant), Sicfredus (1 garant), Raimond de Clermont (1 garant), Pierre Amiel de Montua (1 garant), Pierre Amiel de Villelaur (1 garant), Ermengaudus de Barbaira (1 garant), Bernard de Conques (1 garant), Pierre Guilhem de Roquefort, pour lui et pour ses frères (2 garants), Roger de Podio [Pennautier ?] (1 garant : l'évêque de Carcassonne), Guilhem Ugo de Trèbes (1 garant), Amoros (1 garant), Bernard Pons d'Aigues-Vives (1 garant), Raimond de Durfort (1 garant), Guilhem de Durfort (1 garant, la vicomtesse), Pierre Raimond (1 garant), Etienne Bertrand de Puichéric, pour lui et pour ses pariers (1 garant), Raimond de Cabaret, pour lui et pour les siens, Pierre Raimond de Rabat (2 garants), Udalguier de Pieusse (2 garants), Bernard de Blanquefort (1 garant), Guilhem Pierre de Villarzel (1 garant), Pierre d'Albeon (2 garants), Aleranus (1 garant), Guilhem de Aquis Caldis, Pons Bealdi (1 garant), Raimond de Cabaret, pour lui, pour son frère et son oncle (5 garants), Raimond de Vilar (1 garant), Raimond Isarn (1 garant), Isarn de Prouille (1 garant), Pierre Guilhem de Roquefort et Raimond de Roumengoux (1 garant), Raimond Ferrand Mancip (1 garant), Pierre de Brugeira (1 garant), Guilabert de Laurac (1 garant et 500 sous), Guilhem Isarn (6 garants ?).*

Source: Trencavel-384, fol. 140-140v.
B. Coll. Doat, vol. 166, fol. 123-125v.
a. HGL, V, col. 917-919, I.

De pace.

Pro pace et treva emendanda et a modo firmiter tenenda, dedit se in potestatem B. Atonis vicecomitis pro se et pro suis Gillabertus de Laurag manlevator Rogerius de Lator et Guillelmus Jordani, Pons Bertrans, Raimun des Vilar, Petrus de Castellon. Similiter Isarnus Jordani et manlevavit eum Pontium Rogerii, Arnaldus de Lator, Guillelm des Vilar. Similiter Bernardus Batalla et manlevavit eum Rogerius Batalla. Hoc idem fecit Berengarius Assaliz et manlevavit eum Bernardus Ponz de Aqua Viva, Bernardus Raimundus de Rivo, Bernardus de Villa Neira. Pro eodem misit se in potestate vicecomitis Petrus de Lauran et manlevavit eum Petrus Goz, Arnaldus de Lauran. Similiter Gillelmus de Rochofera et manlevavit eum Petrus de Lauran. Hoc idem fecit Gauzbertus de Rivo manlevavit Raimun Ademari, Galterius de Lator. Preterea Girald de Campo Pendut, manlevavit Gillelm de Massilia, Raimundus de Caunes. Preterea Petrus de Claro Monte et manlevavit eum Petrus Ugo, Rogerius de Cavanac. Similiter Uzalchers et manlevavit eum Petrus de Claro Monte. Preterea Sicfredus, manlevavit eum Gillelmus Ugo de Tresmals. Similiter Raimundus de Claro Monte manlevavit eum Gillelm

Calvet. Similiter Petrus Amelii de Montua, et manlevavit eum Petrus Amelii de Villa Laur. Similiter Petrus Amelii de Villa Laur, manlevavit eum Petrus Amelii de Montua. Similiter Ermengaudus de Barbairan, manlevavit eum Bernard Pont de Aquaviva. Similiter Bernard de Conches, manlevavit eum Petrus de Claran. Petrus Guillelmus de Rochafort pro se et pro fratribus suis excepto Bernardo et pro suis hominibus, et manlevavit eum Guillelmus de Rebentina et Raimundus Guillelmus frater ejus. Preterea Rogerius de Podio pro se et suis, manlevavit eum episcopus Carcassone. Similiter Guillelmus Ugo de Tresmals, manlevavit eum Berengarius Assaliz. Similiter Amoros, manlevavit eum Carbertus de Rivo. Preterea Bernardus Ponz de Aquaviva, et manlevavit eum Gillelmus Calvet. Similiter Raimund de Durfort, manlevavit eum Petrus Raimundi de Auriac. Hoc idem fecit Guillelmus de Durfort, manlevavit vicecomitissa. Preterea Petrus Raimund, et manlevavit eum Girau de Rivo. Similiter Stephanus Bertran de Podio Cheric pro se et pro suis comparibus, et manlevavit eum Gillelm Raimund de Periac. Hoc idem fecit Raimundus de Cabarez pro se et suis. Similiter Petrus Raimundi de Ravat, et manlevavit eum Petrus de Albion et Gillelmus Sicher. Preterea Udalgerius de Ponsan, manlevavit eum Alerannus et Pont de Dun. Preterea Bernard de Blanchafort, et manlevavit eum Bernard de Ponsan. Similiter Gillelmus Petrus de Vilardel, et manlevavit eum Giraldus de Campo Pendut. Similiter Petrus de Albeon et manlevavit eum Petrus Raimund de Ravat et Raimundus de Caderona. Hoc idem fecit Aleranus, et manlevavit eum Bernard Gillelm de Salaio. Similiter Gillelm de Aquis Caldis. Preterea Pont Bealdi, et manlevavit eum Bernardus de Blancafor. Similiter Raimundus de Cabarez misit se in potestate vicecomitis pro se et pro fratre suo et pro avunculo, manlevavit eum Berrenger Assaliz, Petrus de Laurano, Bernardus Raimund de Rivo, Petrus Aimeric, Bernardus de Villa Neira. De parte de Prolano, plivit et ostaget Raimund de Vilar, manlevavit Bernardus Batalla. Raimund Isarn fide Gillelm de Lator manlevavit. Isarnus de Prolano plivit et ostaget, Gillelm Isarn manlevavit. De parte Petri Guillelmi de Rochafort fide et ostage Raimund de Romegos, manlevavit Isarnus de Villa Nova. Raimund Ferrant Mancip fide et ostage, manlevavit Ugo de Romegos. Petrus de Brugeira fide et ostage, manlevavit Pont Ferran. Gillibert de Laurac manlevavit Petrus Gillelm de Rocafort et si menciebatur inde donet quingentos solidos. Gillelm Isarni manlevavit filium suum et tres alios et Gillelm Raimund Isarni et Raimund de Vilar.

Une datation peut être proposée en rapprochant cet acte des n° 271, 348, 373 et 387-399.

35

1135 (n. st.), 25 mars¹

Raimond de Villelaur et les siens donnent en alleu aux frères de Saint-Jean de Carrière deux sétérées de terre dans le terroir de Villelaur.

Source : Douzens-A96 [95], p. 93.

In nomine Domini. Ego Raimundus de Villa Laur et uxor mea Ermengardis et infantes nostri, donatores sumus Deo et Sancto Johanni de Carreira^a et tibi Bernardo de Sancto Johanni de Karreira et ceteris fratribus predicti loci presentibus atque futuris. Donamus igitur vobis duas sextariatas terre in terminio de Villa Lauro ad ipsa Costa ; et affronta de altano in terra Bertrandi de Villa Lauro, [fol. 70] a circi similiter, a meridie et aquilone in viis. Quantum infra istas affrontationes includunt, sic donamus vobis pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum sine ulla retinencia nostra et sine aliqua reservatione, ut ipsam terram pro alodio habeatis et possideatis in perpetuum sine inguanno. — Sig.+m^b predicti Raimundi de Villa Laur et uxoris ejus Ermengardis atque infantibus eorum, qui sic istam cartam firmaverunt. — Sig.+m

Bertrandi de Villa Laur. — Sig.+m Stephani de Naiouaras. — Sig.+m Bernardi Medici. — Sig.+m Raimundi Lobados. — Petrus de Ecclesia scripsit jussione predicti Raimundi de Villa Laur, .VIII. kalendas aprelis, feria .II., anno millesimo .C.XXX.VI. Incarnationis dominice, regnante Lodoyco rege.

a- Note marginale: De Carrera.— b- Les croix sont cantonnées de quatre points.

1- Le 25 mars (8 avant les calendes d'avril) tombant un lundi en 1135, cet acte a dû être daté en style pisan.

36

1135 (n. st.), 25 mars¹

Raimond de Villelaur donne à Bernard et à ses confrères de Saint-Jean de Carrière 12 sétérées de terre prises sur son alleu dans le terroir de « Matha » qu'ils posséderont en alleu à sa mort.

Source : Douzens-A107 [106], p. 100-101.

In nomine Domini. Ego Raimundus de Villa Laur et uxor mea Ermengardis et infantes nostri, pro redemptione anime nostre et parentum nostrorum et ut Deus dimittat peccata nostra, donamus domino Deo et Sancto Johanni de Carreira (2) et tibi Bernardo de Carreira et ceteris fratribus predicti loci .XII. sestariatas de terra qui sunt de alodio nostro in terminio de Matha, in tali conventu ut post obitum meum ipsam terram pro alodio habeatis et possideatis in perpetuum. Et si ullus homo aut femina aliquid vobis inde anparaverit, in primis ira Dei incurrat super eum et cum Juda tradi-[fol. 74 v°]-tore penas sustineat in inferno. Ipsa terra affronta de altano in terra Bertrandi de Villa Laur, a meridie in ipsa nostra ereditate, a circi in alodio Sancti Michaelis de Anausa, de aquilone in rego. — Sig.+m Raimundi de Villa Laur et uxoris ejus Ermengardis atque infantibus illorum, qui sic istam cartam firmaverunt. — S. Stephani de Naiouaras. — S. Bernardi Medici. — S. Raimundi Lobados. — Petrus de Ecclesia scripsit jussione predicti Raimundi de Villa Laur, .VIII. kalendas aprilis, sub die feria .II., anno millesimo .C.XXX.VI. Incarnationis dominice, regnante Lodoyco rege.

1- Le 25 mars (8 avant les calendes d'avril) tombant un lundi en 1135, cet acte a dû être daté en style pisan.

37

1136, 24 avril

Bertrand de Roquenégade, ses frères et sa mère donnent à Bernard, prieur de Saint-Jean de Carrière, et à ses confrères une pièce de terre de leur « honneur » de Roquenégade que le prieur dégage en donnant 2 setiers de froment et 18 deniers à Pons Salomon, et un setier de froment et une quarterée d'orge à Pierre Savarig.

Source : Douzens-A102 [101], p. 97.

In nomine Domini. Ego Bertrandus de Rocha Neguada et fratres mei et mater nostra Laguarda, simul donamus de honore nostro Deo, Sancto Johanni de Carreira et domno Bernardo priori et aliis fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris (1). Et est iste honor in terminio de Rocha Negada in loco que vocatur Condamina, unam peciam terre, et affronta de altano in terra que fuit Poncii Guilaberti, a meridie in rego, a circi in terra Bernardi Coz, de aquilone in via. Quantum istas affrontationes includunt, sic donamus ista supradicta terra sine omni retinencia et sine ce[n]su (a) quod nos neque posteritas nostra non requiremus vobis. Hoc facimus per

remissionem peccatorum nostrorum et patrem et avunculi nostri Bertrandi. Et per istam terram Bernardus dedit .II. sextaria frumenti et .XVIII. deners ugonencs Poncio Salamoni, et .I. sextarium frumenti et unam quarteram ordeï Petro Savarig, et per hoc precium erat in pignora. Si autem aliquis homo vel femina amparare voluerit, nos donatores fuerimus legales guirenti domino Deo et Sancto Johanni, et sic ista carta firma maneat. Que facta est.VIII. kalendas madii, regnante Lodoyco rege. — S. Bertrandi et fratrum meorum et mater nostra, qui istam cartam scribere [fol. 72 v°] fecerunt et testes firmare rogaverunt. — Sig.+m Stephani de Aiovaras et filiorum ejus, Raimundi Stephani et Guillelmi et Petri. — S. Guillelmi Guilaberti. — S. Raimundi Rossinol et Johannis fili ejus. — Sig.+m Bernardi Bellus Omo. — Poncius scripsit, anno dominice Incarnationis.M.C.XXX.VI.

38

1139, 26 juillet

Pierre Ermengau fait don aux frères de Saint-Jean de Carrière d'une mésalhée de vigne, d'une sétérée de terre dans le terroir de Barbaira, et d'un setier de froment (triticum) à prendre sur son moulin chaque année à Noël.

Source : Douzens-A100 [99], p. 95-96.

[Fol. 71 v°] (2) In Dei nomine. Ego Petrus Ermengau dono Deo et Sancti Johanni de Carreira et Bernardo et aliis fratribus ejusdem loci; dono unam peciam vinee in terminio de Barbairano, ad Figueria, hoc est medalada; etjuxta Aide. I. sextairata terre que est juxta terra Mauri; et in suo molino unum sextarium tritici ad Nativitatem Domini per unumquemque annum omni tempore. Et hoc donum fatio pro redemptione anime mee et parentorum meorum de alode meo. Et sic istud donum et ista carta maneat firma. Que facta est.VII. kalendas augusti, regnante Lodovico rege. — Sig.+m Petri Ermengau, qui donat predictum honorem in presencia Aimirico de Barbairano et aliis fratribus et Ermengau de Rocha Negada. — Sig.+m(a)cappellani de Barbairano, Guillelmi. Poncius Guillelmi scripsit anno dominice Incarnationis. M.C.XXX.VIII.

39

1147 (n. st.), 14 février

Guilhem de Clermont et Raimond de Rieux abandonnent aux frères de la milice les droits de garde (batlia) et de pâturage qu'ils avaient dans la « villa » et le terroir des Cours et dans le terroir de Layrou. Ils ajoutent une clause portant sur la réparation des dommages causés par les hommes ou les animaux du Temple dans leurs labours.

Source : Douzens-B2, p. 186-187.

PUBLIÉ : d'ALBON, *Cartulaire général...*, n° CCCCXXVIII, p. 267-268.

In nomine omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Guillelmus de Claromonte et ego Raimundus de Rivo, frater ejus, qui fuimus filii Xatberti de Rivo, donatores ac diffinitores sumus Deo et sancte milicie Templi Salomonis Jherosolimitani et vobis, Petro de Roveria et Berengario de Roveria ceterisque confratribus vestris aliis omnibus in ipsa militia Deo famulantibus presentibusatque [fol. 4] futuris. Donamus itaque et absolvi[mus et] evacuamus et omnimodis deffinimus v[obis ipsam] batliam quam requirebamus aut juste vel in[juste]

habebamus in villa de Curtes, et totum al[iud] quod in predicta villa vel in suis terminis omni[bus] vel in terminio de Aliairos habebamus vel habere debebamus in hominibus scilicet et feminis, in mansis, in terris et in ortis, in pratis et in pascuis, in boschos et in guarrigas, in aquas et in riparias, in introitibus et in reditibus illorum et in omnibus exitibus eorum, et cum omnibus nostris pastoribus ubicumque illos habemus. Totum sicut predictum est sine omni retinentia nostra et sine vestro inganno et sine omni reservatione vobis donamus, absolvimus, laxamus, dimittimus omnibusque modis diffinimus ; quod ab ac die in antea nos aut infantes nostri vel posteritas illorum aut ullus omo vel femina per nos [fol. 4 v^o] [vel per] nostram vocem ibi quicquam non habeamus [nec] requiramus nec ullomodo amparemus (a); sed libere [et] absolute sint vestra omnia sicut superius dicta sunt vel melius ad vestrum bonum dici possunt sine vestro inganno, ad habendum scilicet ac possedendum vestramque voluntatem perpetim fatiendum. Quod si omo aut femina ibi quicquam vobis amparaverit vel hanc diffinitionis donationem inquietare vel rumpere voluerit, nos predicti fratres et posteritas nostra erimus inde vobis legales guirenti, ac tenere et habere vobis fecerimus omni tempore sine inganno. Istam vero donationis diffinitionem fatimus vobis nostro bono animo nostraque bona voluntate propter amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum et propter remedium et absolutionem anime prefati genitoris nostri Xatberti de Rivo, ut sic ista carta cum [fol. 5] ac diffinitione firma et stabilis permaneat omni tempore sine inganno. — S. (1) Gill[elmi] de Claromonte et fratris sui Raimundi de [Ri]vo, qui sic istam cartam firmaverunt et testes earn firmare rogaverunt. — Te[s]tes vero sunt : Guillelmus Mancip et Escotu[s] de Brugeria et Guillelmi Bernardi de Kab[a]rez et Pontius Ferrol, et Raimundus Rainaldi, et Arnaldus Torron de Alsona, et Ug Amel de Tres Mals. Bernardus scripsit vice domni sui Gillelmi Aduulfi istam cartam dictantis (b) jussione predictorum Gillelmi de Claromonte et Raimundi, fratris ejus, anno millesimo. CXLVI. Incarnationis dominice, XVI. kalendas marcii, feria .VI., regnante Lodovico Francorum rege. Et ut vos et vestri homines et ulla animalia vestra ulla mala et ulla dampna in nostra laboratione [fol. 5v^o] non fatiatis ; et si feceritis, emendetis nobis per laudamentum ipsorum vicinorum qui pro bono et fide laudare voluerint.

40

1147 (n. st.), 15 février

Anglaise, dite Arlota, et Bernard de Montirat son mari donnent aux frères du Temple les droits de garde (batlia) et de pâturage qu'ils avaient dans la « villa » et le terroir des Cours et le terroir de Layrou. La clause relative à la réparation des dommages que pourraient causer les hommes ou les animaux du Temple est identique à celle de la charte précédente, mais incluse dans le corps de l'acte.

Source : Douzens-B3, p. 187-188.

A. Original : Arch. Haute-Garonne, H Malte, Douzens 34 (anc. Cours, liasse 1, n^o 7).

PUBLIÉ : d'ALBON, Cartulaire général., n^o CCCCXXIX, p. 268-269, d'après A.

In nomine Domini. Ego Englesa quam vocant Arlota, filia qui fuit Ugonis de Rivo, et vir meus Bernardus de Montirato donatores et finitores sumus Deo et sancte militie Templi Jherosolimitani et vobis Petro de Roveria et Berengario de Roveria ceterisque confratribus vestris aliis omnibus in ipsa militia Deo servientibus presentibus atque futuris. Donamus itaque et absolvimus ac evacuamus et omnibus modis deffinimus^(a) vobis ipsam batliam quam requirebamus aut juste vel injuste habebamus in villa de Curtes et totum aliud quod in predicta villa vel in suis terminis omnibus vel in terminio de Aliairos^(b) habebamus vel habere debebamus in hominibus scilicet et feminis, in mansis, in terris et in ortis, [fol. 6] in pratis et in

pascuis, in boscos et in garrigas^(c), in aquas et in riparias^(d) in introitibus et in reditibus et in omnibus eorum exitibus^(e), et cum omnibus nostris pastoribus ubicumque illos habemus ; et ut vos et vestri homines et ulla animalia vestra ulla mala et ulla dampna in nostra laboratione non faciatis^(f). Quod si feceritis, emendetis illud forifacum nobis^(g) per laudamentum ipsorum vicinorum qui pro bono et bona fide laudare voluerint; et sic totum sicut predictum est sine omni retinentia nostra, et sine vestro inganno et sine omni reservatione vobis donamus, absolvimus, laxamus, dimittimus omnibusque modis diffinimus, quod ab hac die in antea nos aut^(h) infantes nostri vel posteritas illorum aut ullus homo vel femina per nos vel per nostram vocem ibi quicquam non habeamus nec requiramus nec ullomodo amparemus, sed [fol. 6 v°] libere et absolute sint vestra omnia sicut superius dicta sunt vel melius ad vestrum bonum dici possunt sine vestro inganno, ad habendum scilicet ac possidendum vestramque voluntatem perpetim faciendum⁽ⁱ⁾. Quod si homo aut femina ibi quicquam vobis amparaverit vel hanc diffinitionis donationem inquietare vel rumpere voluerit, nos predicti et infantes nostri et posteritas nostra erimus inde vobis legales guirenti ac tenere et habere vobis fecerimus omni tempore sine inganno. Istam vero donationis diffinitionem facimus^(j) vobis nostro bono animo nostraque bona voluntate propter amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum et propter remedium et absolutionem anime prefati genitoris mei Ugonis de Rivo, ut sic ista carta cum hac^(k) diffinitione firma et stabilis permaneat omni tempore sine [fol. 7] inganno. — S. Englesa predicta et viri sui Bernardi de Monteirato, qui sic istam cartam firmaverunt et testes firmare rogaverunt. — Testes vero sunt : domnus Poncius Guillelmus^(l) capellanus de Mansilia^(m) et Poncius⁽ⁿ⁾ de Mansilia et Arnaldus Guila de Carcassona et Petrus clericus de Mansilia et Arnaldus clericus^(o) de Badenxs et Petrus clericus de Badenxs et Bernardus frater Guillelmi Ugonis^(p) qui fuit. Bernardus scripsit vice domini sui Guillelmi^(q) Aduulfi, presentibus et jubentibus predicta Englesa et viro suo Bernardo de Montirato, et presentibus et jubentibus predictis omnibus testibus, anno millesimo.C°X°LVI.^(r) Incarnationis dominice, .XV. kalendas marcii, die sabati^(s) regnante Lodovico rege.

(a) definimus. — (b) Aliarios. — (c) guairiguas. — (d) *on lit giparias, par correction de la graphie guarias* — (e) exitibus eorum. — (f) fatiatis. — (g) Per lauda per laudamentum *dans le texte*, par eirreur. — (h) aud. — (i) fatiendum. - (j) fatimus. — (k) ac. (l) Pontius Gillelmus. -(m) Marsilia. — (n) Pontiusi. (o) crericus. — (p) GiiiemiUg. (q) Gillelmi. —(r). CXLVI.— (s) sabati.

41

1147 (n. st.), 17 février

Pierre de Clermont, ses frères et leurs enfants, Bernard de Villar et ses enfants abandonnent aux chevaliers du Temple les droits de garde et de pâturage qu'ils avaient dans la « villa » et le terroir des Cours et dans le terroir de Layrou. Mêmes stipulations que dans les deux chartes précédentes.

Source : Douzens-B4, p. 189-190.

A. Original : Arch. Haute-Garonne, H Malte, Douzens 34 (anc. Cours, liasse 1, n° 7).

PUBLIÉ : d'ALBON, *Cartulaire général...*, n° CCCCXXX, p. 269, d'après A.

Le texte publié est établi d'après A; les variantes sont celles du cartulaire.

In nomine Domini. Ego Petrus de Claromonte et infantes mei, et nos [fol. 7 vo] fratres ipsius Petri^(a) de Claromonte, Bernardus^(b) videlicet et Arnaldus, atque infantes nostri, et ego Bernardus de Vilare et infantes mei, nos omnes insimul prenominati donatores et diffinitores sumus Deo et sancte milicie^(c) Templi Jherosolimitani et vobis Petro de Roeria et Berengario de Roeria ceterisque confratribus vestris aliis omnibus in ipsa milicia^(d) Deo servientibus

presentibus atque servientibus^(e). Donamus itaque et absolvimus ac evacuamus et omnimodis diffinimus vobis ipsam batliam quam requirebamus aut juste vel injuste habebamus in villa de Curtes, et totum aliud^(f) quod in predicta villa vel in suis terminis omnibus vel in terminio de Aliarios habebamus vel habere debebamus in hominibus^(g) scilicet et in feminis, in mansis, in terris, in ortis, in pratis, in pascuis, in boscos, in garrigas^(h), in aquas, in riparias, in introitibus et in reditibus et in omnibus eorum exitibus, et cum omnibus nostris pastoribus ubicumque illos habemus; et ut vos et vestri homines et ulla animalia vestra [fol. 8] ulla mala et ulla dampna⁽ⁱ⁾ in nostra laboratione non faciatis^(j). Quod si feceritis, emendetis illud forifacum nobis per laudamentum ipsorum vicinorum qui pro bono et bona fide laudare voluerint; et sic totum sicut predictum est sine omni nostra retinentia et sine vestro inganno et sine omni reservatione vobis donamus, absolvimus, laxamus, dimittimus, omnimodisquediffinimus; quod ab hac^(k) die in antea nos aut infantes nostri vel posteritas illorum aut ullus homo^(l) vel femina per nos vel per nostram vocem ibi quicquam non habeamus nec requiramus nec ullo modo amparemus, sed libere et absolute sint vestra omnia sicut superius dicta sunt vel melius ad vestrum opus dici possunt sine vestro inganno, ad habendum scilicet ac possedendum vestramque voluntatem perpetim fatiendum. Quod si homo^(m) aut femina ibi quicquam vobis amparaverit vel hanc diffinitionis donationem inquietare vel rumpere voluerit, nos predicti et infantes nostri et posteritas [fol. 8 v^o] nostra erimus inde vobis legales guirenti, ac tenere et habere vobis fecerimus omni tempore sine inganno. Istam vero donationis diffinitionem facimus vobis nostro bono animo nostraque bona voluntate, propter amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum et propter remedium et absolutionem animarum parentorum nostrorum, ut ista carta cum hac⁽ⁿ⁾ diffinitione et cum hoc donofirma et stabilis permaneat omni tempore sine ingano^(o). — S. Petri de Claromonte et fratrum ejus predictorum, Bernardi atque Arnaldi, infantumque illorum, qui sic istam cartam firmaverunt et testes eam firmaverunt^(p). — Testes vero sunt : domnus Guillelmus Macip^(q), et Poncius^(r) [Ferrol]^(s) et Guillelmus^(t) Gola, et Johannes Lombardi, et Raimundus Rainaldi, et Arnaldus filius Guile, et Arnaldus Torron. Bernardus scripsit vice domini sui Guillelmi^(u) Adaulfi istam cartam dictantis^(v) jussione domni^(w) Petri de Claromont et predictorum fratrum ejus, anno millesimo .C^oX^oLVI.^(x) Incarnationis dominice, XIII. kalendas marcii, feria .II., regnante Lodovico rege.

(a) Petrus. —(b) et Bernardus. —(e) militie. *Ce mot écrit sur un grattage.* — (d) militia. — (e) futuris. — (f) aliut. — (g) omnibus. —(h) guarriguas. — (I) damna. — (J) fatietis. --(k) ac. — (l) omo. — (m) omo. (n)ac. — (o) inguanno. — (p) *Erreur probable pour firmare rogaverunt.* — (q) donus Gillelmus Mancip. —(r) Potius. — (s) *Usure du parchemin.*— (t) Gillelmus. — (u) Gillelmi. — (v) *Dans le cartulaire : istam cartam dictantis par erreur.* — (w) domni omis. — (x) .CXLVI.

42

1150, 17 août. – Carcassonne, palais

Proclamation à Carcassonne du testament oral de Roger [I^{er}, vicomte] de Béziers, fait le 12 août à Fanjeaux. Il élit sépulture au Temple. Il donne à Raimond Trencavel, son frère, tout son honneur et tous les droits qu'il a reçus de Bernard Aton [IV], vicomte, leur père. Il donne à Sainte-Marie de Lagrasse la villa de Cazilhac que tenaient les fils du comte Guilhem. Il donne à Guilhem et Bernard, fils du comte Guilhem, la villa de Leuc et l'albergue sur les ville de Ladern et de Verzeille, en dédommagement. Il rend à Saint-Nazaire de Carcassonne, à l'évêque et aux chanoines, la leude qu'il a injustement usurpée. Il rend à l'hôpital Sainte-Marie-Saint-Sauveur de Carcassonne et aux chanoines l'honneur qu'il a usurpé, qui était au bayle Raimond Guilhem, et il leur donne l'honneur que Guilhem Mancip leur a donné. Il abandonne le droit sur le sel et les nouveaux usages imposés par lui ou par son père, pour la rémission de ses péchés. Il a des ville et un honneur en gage du comte de Foix : si celui-ci rembourse les 7000

sous toulousains empruntés, Raimond Trencavel devra rendre le gage. Le comte de Foix doit faire justice sur le castellum de Mirepoix qu'il a injustement enlevé. Pons, évêque de Carcassonne, atteste que ce sont là les ultimes volontés du vicomte Roger, énoncées dans le castrum de Fanjeaux, dans la maison de Galarda, le vendredi [11 août], le lendemain de la Saint-Laurent. Le vicomte mourut le samedi. Le [jeudi] 17 août, les témoins ont juré de la véracité de ces dispositions dans le palais de Carcassonne.

Source: Trencavel-1, fol. 1-1v

B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 36-38v.

a. HGL, V, col. 1120-1121 (publication *in extenso* du testament du 12 août ; confirmation du 17 août incomplète)

[...]

Sicut superius scriptum est, sic ego Poncius Carcassensis episcopus vidi et audivi predictum Rogerium de Biterrim ultima voluntate haec supradicta disponentem in castro de Fanojovis in domo domine Galarde et filiorum ejus in die veneris circa meridiem, altera die post festum Sancti Laurentii ; proxima die sabbati sequenti fuit mortuus in presencia Poncii de Rivo honoris Beate Marie Carcassone prioris, Willelmis de Sancto Felice vicarii Carcassone, Aimerici de Barbairano, Willelmi Xaberti fratris ejus, Poncii Ferrol, Guillelmi Jordani de Sancto Felice, Bertrandi de Sancto Paulo, Willelmi Rigaldi de Besceda, Galardi de Phano Jovis, Arnaldi de Clairano, Raimundi de Brugeira ecclesie de Podio Superiori ministri et Gaucelmi fratris Hospitalis Jherosolimitani qui omnes rogati et adibiti fuimus testes hujus ultime voluntatis et hos vere juravimus in palacio Carcassone multis hominibus presentibus XVI kalendas septembris.

43

1151, 19 avril.

Donation du Mas à Domneuve.

Source : Lagrasse II-34 bis, p. 35.

INDIQUÉ : Inventaire de 1727, 4e layette, 3e liasse, 12e charte.

44

1152, 3 novembre

Caniot et les siens renoncent en faveur du Temple à leurs prétentions sur l'écluse (resclausa) et le bief (cabedacum) des moulins d'Arrapesac qu'ils tenaient de Trebuc.

Source : Douzens-A50, p. 59.

In nomine Domini. Ego Caiot^(a) et uxor mea Flandina et omnes infantes nostri et gener noster, Petrus de Vilar, et uxori ejus Amate, nos omnes pariter in unum derelinquimus et absolvimus illam querimoniam quod fatiebamur affratribus militie Templi de illam resclausam et de ilium cabe dacum demolendinis qui vocatur Rapasacs. Quantum in predictam resclausam et in suum cabedacum requirebamus et clamabamus, sicut melius tenuimus a Trebuc, sic derelinquimus et dimittimus Deo et militie Templi et magistro Poncio de Luncioni et Ugo Raimundi et Arnaldi de Surniani et omnibus fratribus militie Templi [fol. 36 yo] presentibus et futuris, ut ab ora in antea nos neque aliquis homo vel femina in prescriptam resclausam nec in suo cabedacho nullus ex nostra posteritate ibi in perpetuum aliquid non requirat, et ac carta firma et stabilis permaneat

omni tempore. Que fuit facta .III. nonas novembris, anno Domini Incarnationis .M.C.L.II. regnante Lodovico rege. Sign. Caniot et uxoris sue et filiorum eorum et gener noster, Petrus de Vilar, et uxori sue Amade, qui hanc cartam scribere jusserunt et ifrmaverunt firmarique rogaverunt. S. Bernardi cappellani. S. Guillelmi de Prad. S. Petri Sachet. S. Berengari Poncii. S. Bernardi Moduli. Raimundus de Albars scripsit presente et jubente Stephani Caniot.

(a) *Pour* Caniot

45

1154, 7 décembre.

Bernard de Domneuve, son fils Béranger et ses frères vendent pour 10 sous de melgoriens à Xatbert, sacristain de Lagrasse, à l'abbé Béranger et à la communauté ce qu'ils revendiquaient - à juste titre ou non - sur Bernard Record et Pierre et Sicfred, frères, et sur leur postérité.

Source : Lagrasse II-36, p. 37-38.

B. Du Laura, fol. 85.

INDIQUÉ : Inventaire de 1727, 4e layette, 3e liasse, 39e charte.

Bernardus de Domnova et filius ejus Berengerius ejusque fratres guarpiverunt et difinierunt Deo et Sancte Marie Crassa^a et Berengerio abbati et Xadberto sacricustodi et omnibus monachis Crassensibus, presentibus et futuris, totum hoc quod juste vel injuste requirebant in Bernardo *Record* et Petro et Sicfredo fratribus et in omni posteritate eorum et acceperunt a Xadberto sacricustode Sancte Marie Crasse decem solidos monete melguriensis. Facta carta guirpitionis hujus VII idus decembris, anno ab Incarnatione Domini M^oCC^oIII^o, regnante Ludovico rege.

a. Sic B.

46

1157

R[aimond] Trencavel, proconsul de Béziers, donne à Pierre de Vilar sa villa de Coustaussa avec les fortifications, dans le comté de Razès, pour y faire un castellum, en fief. Il peut exiger le serment à tout moment.

Source : Trencavel-356, fol. 122.

B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 165-166v.

a. *HGL*, V, col. 1182, V (incomplet).

De Constanciano.

Anno C^oLVII^o incarnati Verbi Divini post M^o, II feria, III^o nonas junii, rege Lodovico Francorum regnante. Ego R. Trencavelli proconsul Biterris dono tibi Petro de Vilaro et infantibus tuis omnique eorum posteritati meam villam quem vocatur Constancianum cum omnibus fortezis que ibi hodie sunt et deman in ea aliquo modo facte erunt et cum omnibus illius terminiis et exitibus atque redditibus et aquis et ripariis et pratis et pascuis et viis et cum omnibus juribus meis quae in ipsa villa et in omnibus terminiis ejus ulla ratione et voce habeo et habere debeo, quae scilicet villa est in comitatu Redensi. Ipsam villam cum omnibus

prenominatis dono vobis sine vestro inganno ad castellum ibi faciendum, et ad omnes quascumque volueritis fortizas peragendas sicut voluntatem vestram, sub tali autem conditione ut vos ac tota posteritas vestra illam villam et quicquid in ea habeo et habere debeo cum omnibus prememoratis ei pertinentibus a me et a posteris meis justa intentione salva fidelitate nostra habeatis et teneatis per feudum, sicque ipsum possideatis in perpetuum. Tamen quando voluntas mihi et posteris meis adierit et ipsam villam et castellum et omnes fortizas que ibi hodie sunt et in antea facta erunt, nobis ne differatis cum forifacto et sine forifacto jurare. Infra illam villam hominem per ullum forifactum non capiemus, neque forciam ei faciemus dum rectum pro eo facere volueritis. Quod si facere nolueritis voluntati nostre eum non contradicatis. Si autem de te Petro de Vilario desierit sine infante de uxore, ipsa villa et castellum cum omnibus prescriptis ei pertinentibus mihi et posteris meis absque interdictu revertatur. Si vero homo aut femina ipsum feudum vobis amparaverit, ego et posteri mei erimus vobis legales guirentes. Hujus rei mando esse testem Guillelmum de Sancto Felice vicarium Carcassone et Petrus Regina et Raimundum Patol et Guillelmum de Carcassone et Guillelmum de Palajano et Poncium de Pomars, Arnaldus de Clairano scripsit jussione domni R. Trencavelli et omnium testium predictorum die et anno prenotato.

47

1158 (n. st.), 19 février

Raimond d'Albas et son frère Grégoire vendent à Bérenger et aux siens, en alleu, leurs droits sur un pré et une vigne situés dans le terroir de Cabriac, pour 50 sous melg., comptant.

Source : Douzens-D8, p. 279-280.

A. Arch. Haute-Garonne, H. Malte, Douzens, 29 (anc. Cabriac, liasse 1, n° 6).

In nomine Domini. Ego Raimundus de Albars et Gregorius frater meus vindimus tibi Berengario et uxori tue Primarge et filio vestro Raimundo et omni ejus posteritati, hoc quod habemus et habere ullomodo debemus in aliquid de alode nostro, scilicet in uno prato et in petiam vinee que est in comitatu carcassensis, in terminio de Cabriaco. Pratus est ad clausel, qui affrontat ab altano in honore Bernardi Rogerii quem dedit filie sue Aladaitie, a meridie in vestra hereditate, a circio in terra Bernardi Rog[er], ab aquilone in nostra hereditate. Et vinea est in locum qui vocatur Salizia, affrontat ab altano in rego, a meridie in honore Ermengavi de Roca Negata qui fuit, a circio in vinea Bernardi Egidii, ab aquilone in honore Sancti Michaelis de Anausa. Sicut jamdicte affrontationes .IIIIor. includunt jamdictum honorem, sic vindimus vobis et omni vestre posteritati, sine omni reservatione, et tradimus de nostro jure in vestra potestate, ad faciendam inde omni tempore vestram voluntatem ad alodem proprium sicut melius dici vel intelligi potest. Et si ullus homo vobis aliquid eparaverit, erimus vobis inde legales guirenti. Et accepimus a vobis propter hanc vinditionem .L. solidos melg. bonis, et de illo pretio apud vos nichil remansit. S. Raimundi et fratris ejus Gregorii, qui hanc kartam laudaverunt et firmare rogaverunt. S. Petri Ainardi et uxoris ejus Garsinde. S. Petri de Albars. S. Gillelmi presbiteri. S. Raimundi Udalg[er]ii. S. Guillelmi de Cabriaco. Raimundus scripsit, .XIo. kalendas martii, anno dominice Incarnationis .Mo.Co.Lo.Vllo., rege Lodovico regnante.

1158, 20 août. – Montpellier.

Ramon Berenguer [IV], comte de Barcelone, prince d'Aragon, fait un accord avec [Raimond] Trencavel son fidèle. Il lui promet de l'aider dans la guerre en cours contre Raimond [V], comte de Toulouse et de Saint-Gilles, et de ne pas faire de trêve ou de paix séparée. Il fait jurer 8 de ses hommes qui doivent faire respecter l'engagement.

Source : Trencavel-483, fol. 189v-190.

B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 191-193v.

a. HGL, V, col. 1221-1222.

De fidelitate.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Raimundus comes Barchinonensis et princeps Aragonensis bono animo et spontanea voluntate convenio tibi Trencavello fideli meo quod ab hac hora in antea cum omni terra mea et hominibus meis de ista guerra quam modo cum Raimundo comite Tolosano et Sancti Egidii habebis et de omni guerra quam cum ipso R. comite Tolosano et Sancti Egidii jamdicto vel cum omni posteritate ejus de cetero vel per te vel alium aliquo modo habueris per bonam fidem et sine omni inganno tibi et tuis adjutor ero in perpetuum. Convenio insuper Trencavello fideli meo jamdicto quod ab hac hora in antea per bonam fidem et sine omni inganno cum predicto R. comite Tolosano et Sancti Egidii vel cum posteritate ejus ullam faciam ego nec mea posteritas conventionem nec treugam nec finem nec concordiam nec pacem sine tua tuorumque voluntate. Et sicut superius scriptum est, tibi et tuis adtendam et adimplebo per bonam fidem et credenciam meam in loco sacramenti sine omni inganno et ut ita tibi et tuis firmissime adtendatur dono tibi Trencavello fideli meo jamdicto juratores, videlicet Petrum de Belloloco, Guillelmum Porcelleti, Dalmadium de Petrataiada majorem, Rembaldum de Besech, Arnaldum de Lercio, Raimund de Villa Mulorum, Gofridum de Roca Bruno, Arnaldum de Castro Novo. Nos quoque omnes predicti juratores juramus et convenimus vobis Trencavello jamdicto quod sicut superius scriptum est, sic vobis et vestris adimpleretur et adtendatur per bonam fidem et sine omni inganno per Deum et haec sancta III^{or} evangelia. Ego etiam jamdictus Raimundus comes Barchinonensis volo et mando ut filius meus vel filia mea qui dominus vel domina Barchinone erit, tales convenciones quales ego R. comes Barchinonensis jamdictus fideli meo Trencavello feci sicut in hac carta et in aliis cartis continetur, faciat tibi vel filio tuo vel filie tue qui dominus vel domina Carcassone erit post obitum meum cum etatem habuerit et eas convenciones de quibus per fidem meam te loco sacramenti securum feci filius meus vel filia qui dominus vel domina erit Barchinone juret tibi si me supervixeris vel filio tuo vel filie tue qui dominus vel domina Carcassone erit donet tibi vel filio tuo vel filie qui dominus vel domina Carcassone erit juratores de suis nobilibus quantos ego tibi dedi. Sicut in hac et in alteris continetur, volo etiam et mando ut omnis posteritas mea faciat has convenciones et sacramenta que in hac et in aliis cartis inter me et te superius factis omni tue posteritati. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLVIII^o, XIII^o kalendas septembris, in villa que vocatur Mons Pessulanus. In presentia domne Ermengardis Narbone, Guillelmi Raimundi dapiferi, Guillelmi de Monte Pessulano, Guillelmi de Sancto Felicio, Poncii de Venzan, Petri Seguerii de Biterris, Guillelmi Girbert, Petri dez Vilar, Aimerici de Barbairan, Porraines de Marcellan.

49

1159 (n. st.), 26 mars

Guilhem Bernard de Laredorte et sa femme accordent aux frères du Temple le droit d'établir des biefs (capudaqui) dans l'« honneur » qu'ils tenaient enfief de Bérenger Boleta aux terroirs de Blomac et de Douzens; ils leur en transmettent le dominium et reçoivent d'eux 40 sous melg.

Source : Douzens-A37, p. 48-49.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Guillelmus Bernardi de ipsa Redorta et uxor mea Lomaia donatores sumus Deo et militie Templi Salomonis Jherosolimitani et vobis ministris ejus [...]

Signum Guillelmi Bernardi predicti et uxoris^(a) Lomaie, qui sic istam cartam laudaverunt et firmaverunt. — Sig.+m Bernardi Guillelmi de ipsa Redorta. — Sig.+m Petri Raimundi de Podii Tirici. — Sig.+m Bernardi Capciali. — Sig.+m Guillelmi Mantelini. — Sig.+m Pet[ri]^(b) de Vilar. — Carbonellus scripsit jussione predicti Guillelmi Bernardi et uxoris ejus Lomaie, qui sic istam cartam scribi jusserunt, anno .M°.C°. L. VIIIo. Incarnationis dominice, VII. kalendas aprilis, feria.V., regnante Lod[ovico] rege.

(a) ejus *omis*. — (b) déchirure du parchemin

50

1162, 27 octobre

Guilhem de Clermont et son frère Bertrand donnent en alleu au Temple tous les biens qu'ils possèdent dans le terroir de Mirailles, et reçoivent une aumône de 5 sous ug.

Source : Douzens-B35, p. 216.

[...] – S. Arnaldi de Claro Monte et Raimundi de Claro Monte et Petri Raimundi de Rosticano et Raimundi de Rivo et Sifredii de Faveriis. Jussu quorum et Gillelmi de Claro Monte, Arnaldus de Clairano hoc scripsit.

51

1163 (n.st.), 7 janvier

Raimond de Rieux, Chabert (Xatbertus) et leurs familles, Sicard frère de Chabert abandonnent à la milice du Temple l'« honneur » qu'ils revendiquaient à Mirailles, à l'exception des dîmes et prémices qu'ils retiennent pour eux, et reçoivent d'elle pour cet abandon une aumône de 4 setiers de blé (triticum) et 4 d'orge.

Source : Douzens-B34, p. 215-216.

[fol. 39 vol In nomine Domini. Manifestum sit omnibus hominibus quam ego Raimundus de Rivo et Ermengar uxor mea infantisque nostri, et ego Xatbertus et Garsendis uxor mea atque infantis nostri, et Sicardus frater meus, omnes superscripti in unum, gratis et bona fide, per nos et per omnes posteros nostros, dimittimus et derelinquimus atque omnino diffinimus et desamparamus domino Deo et beate Marie et honorabili militie Jherusalem et vobis Bernardo

de Paulaco et Isarno, militie propedite fratribus et servis, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub dispositione illius militie degentibus totum hoc quod huc usque vobis ceterisque aliis fratribus vestris ulla ratione in toto terminio de Miralas clamavimus et requisivimus : honor ille de quo vobis querimoniam fatiebamus; et affrontat ipso terminio de altano in Costabela, de meridie usque in summum podii et in Bautio et in passu de Fajaco, de cercio in eodem terminio de Mi-[fol. 40]-ralas, de aquilone in Roca Curba. Quantum infra illas affrontationes usque hodie juste vel injuste habuimus et habere aliquo modo potuimus, totum absque ulla retinentia nostra omniumque parentum nostrorum damus atque relinquimus vobis omnibusque aliis prefate militie fratribus, exceptis decimis atque primitiis quas ibi retinemus nobis ; sicque ipsum honorem ad fatiendam omnem voluntatem vestram pro vestro proprio jure et alodio possideatis in perpetuum. Quem honorem, si homo aut femina fratribus predictae militie anparaverit, nos et omnes successores nostri erimus eis sine inganno guirenti. Et cognoscimus quia propter hanc diffinitionem et solutionem de elemosinis militie predictae dedistis nobis .IIII. sextaria triticum et .IIII. ordei. Facta carta.VII. idus januarii, in feria .II., anno ab Incarnatione Domini .M.C.LX.II., regnante Lodovico rege. – S. Gillelmi de Claromonte. – S. Sicfredi [fol. 40 v°] de Faveriis. – S. Stephani *Calol.* – Jussu quorum et omnium [domi]norum predictorum Willelmus scripsit rogatus.

52

1163 (n. st.), 27 février

Pierre de Villar, son frère Raimond et leurs familles donnent au Temple leur part, c'est-à-dire le sixième, des agriers qu'ils possédaient avec les seigneurs de Villar dans la « villa » et le terroir de Molières et dans le bois de l'Ourtigue ; ils reçoivent du Temple pour ce don 4 setiers de froment et 4 setiers d'orge.

Source : Douzens-B44, p. 223-224.

[fol. 49] Anno .M.C.LX.II incarnati Verbi [di]vini^(b) Ego Petrus de Vilario et frater meus Raimundus et nostre uxores omnique infan[tes] nostri presentes et futuri, donamus domino Deo et [mi]lilitie Templi et magistro Bernardo de P[aula]co et servo et ministro Isarno ejusdem [mi]lilitie et domus de Curtibus, ipsos agrario[s] quos habemus in villa de Moleira et in suis [ter]miniis et in bosco de Ortigeto, scilicet sex[tam] partem quam habemus cum dominis de Vilario, ut habeatis et teneatis eos, vos et posteritas vestra et successores vestri, ad fatiendam voluntatem vestram in perpetuum. Verum est quod propter hoc donum jamdictum magister Bernardus de Paulaco et Isarnus jamdictus dederunt nobis .IIII. sextaria frumenti et .IIII. ordei. Et si ullus omo vel fe[mina] aliquid inde vobis anparaverit, nos donatores guirenti erimus omnibus abitantibus Templi. Hujus rei [sunt] [fol. 49 v°] testes : Gillelmus de Claro Monte et Sicfredus de Favers et Raimundus Sicfredus de Fabrezano et Raimundus cappellanus de Villa Tritolfo et Gillelmus Sancti Johannis. In presentia et in videntia quorum et jussu Petri de Vilario et Raimundi fratris ejus et uxorum eorum Gillelmus hanc cartam scripsit, .IIII. kalendas marcii, feria .IIII., rege Lod[ovico] regnante.

1163, samedi 8 juin. —Homps.

Raimond [V], duc de Narbonne, comte de Toulouse, marquis de Provence, fils d'Alfonse [Jourdain] et de Faidide, prête serment de sécurité à Raimond Trencavel, fils de Bernard Aton et de Cecilia et lui promet son aide contre tous, sauf contre Bernard Aton [VI] son neveu et contre ses propres hommes.

Source: Trencavel-513, fol. 202.
B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 245-246v.
a. HGL, V, col. 1267-1268.

De fidelitate.

Anno M^oC^oLXIII^o Incarnationis dominice. In nomine Domini ego Raimundus dux Narbone, comes Tolose, marchio Provincie filius Ildefonsi et Faizite juro tibi Raimundo Trencavel filio Bernardi Atonis atque Cecilie vitam tuam atque membra et numquam te occidam neque capiam, nec ullus homo aut femina per meum ingenium nec per meum consilium, et juro tibi totum tuum honorem scilicet feudos et alodes sicut modo habes et tenes aut ullus homo aut femina per te, seu in antea acquies et lucratus fueris meo ingenio vel meo consilio, et ut numquam tibi tuum honorem tibi auferam neque inde te auferam, nec homo nec femina meo consilio vel meo ingenio, et si homo aut femina tibi tuum honorem auferret aut inde te auferret, tibi adjutor ero bona fide sine inganno, excepto Bernardo Atonis nepote tuo et exceptis meis hominibus, et illos tibi ad justiciam habebō et si illos tibi ad justiciam habere non potuero, adjuvabo te de eis sine tuo inganno. Sicut superius est dictum, sic ego R. comes Tolosanus tibi prefato R. Trencavelli juro et tenebo. Arnaldus de Clairano hoc scripsit, apud burgum quod vocatur Ulmos, VII^a feria, VI^o idus junii, rege Lodovico regnante. Hujus rei sunt testes Bernardus Tolose episcopus et Guillelmus episcopus Albiensis et Ugo comes Ructenensis et G. de Monte Pessulano et Ermengardis vicecomitissa Narbone et Sicardus de Lauraco et Ugo Escafre et Rogerius Bernardi comes de Fuxo et Bermundus Uticensis et G. de Sabrano et Ugo de Baucio et Berengarius de Biterris et Guillelmus Arnaldi et Isarnus Jordani et Isarnus de Durna et G. de Sancto Felice et Petrus de Vilario et Gaucerannus de Capite Stagno et B. Pelapulli et G. de Durbano et R. de Termino et G. de Redorta et Petrus Geraldi de Nemauso et Gausbertus de Fumollo. Omne hoc est factum jussu domni R. comitis Tolose.

1163, 7 novembre

Gaillard (Galardus) de Montirat vend en alleu à la milice du Temple l'« honneur » qu'il possédait dans la « villa » et le terroir de Brucafel pour la somme de 400 sous melg., sur laquelle 200 sous ont été déjà donnés par la milice à ses ascendants.

Source : Douzens-A119 [118], p. 112-113.

Anno millesimo .C.LXIII. Incarnationis dominice, .V. feria, .VII. Idus novembris, rege Lod[ovico] regnante, civitati que dicitur Carcassona Trencavello proconsule dominante. Ego Galardus de Monte Irato, filius Guillelmi de Villanova qui fuit, gratis ac bona voluntate et cum consilio Meteline, sororis mee, vendo tibi Bernardo de Paolaco, domum de Burcafols que est militie Templi Jherusalem procuranti, et vobis Johanni de Silva et Isarno et Bernardo de Casale

Revullo ac Gillelmo Fabro, militie prefate fratribus domum propredictam de Burcafols abitantibus omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub dispositione honorabilis militie prescripte degentibus, vendo vobis totum honorem meum quem habeo in villa superius dicta, que vocatur Burcafols, et in omnibus illius terminis, mansos scilicet, et domos, census, usaticos ac cetera ser-[fol. 92]-vitia, ortos, ortales, ineductus atque reductus, terras, vineas, heremos et laboratus, quartos, tascas, agrerios ac cetera terre merita, aquas, riparias, arbores fructiferas et infructiferas, prata, pascua atque omnia alia jura mea usui hominum pertinentia ubicumque ea in villa superius dicta de Burcafols et in omnibus illius terminis habeo et teneo et tenere et habere ulla ratione debeo. Sicut superius est dictum, sic omni inguanno vestro remoto absque ulla reservatione mea omniumque propinquorum meorum, vendo vobis totum et meo libero animo a mea potestate in vestram potestatem trado propter .CCCC. Solidos melg. bonos et rectos, metibiles ac percurribiles, de quibus nunc .CC. solidos michi tribuitis et alios .CC. diu est meis antecessoribus vere tribuistis. Et si ille honor plus precii prescripti valet, illud dono Deo et militie prenotate in refrigerio mei patris prescripti anime meorumque peccatorum remissione, ita ut a modo et vos omnesque alii fratres tam presentes quam futuri militie Templi Jherosolimitani pro suo alodio totum honorem superius dictum habeant et teneant et ad faciendam omnem suam voluntatem ex eo suo plenario jure omni tempore possideant. Quem honorem, si homo aut femina fratribus militie prefate anparaverit, ego et posteri mei erimus illis sine inguanno eorum guirenti. Istius venditionis est testis: Raimundus de Cauna et Gillelmus de Cauna et Arnaldus de Cauna et Gillelmus de Roca, maritus Meteline prescripte, et Gillelmus Stephani et Raimundus de Molino et Gillelmus Barravi et Bernardus de Monte Longo et Raimundus Orombelli; et in laudamento Meteline [fol. 92 vo] fuit testis: Bernardus de Casale Revullo et Raimundus Rossiniol de Roca Negata et Guillelmus Bels Om. Arnaldus de Clairano hoc scripsit mandato Gualardi prescripti et Meteline, sororis sue, omniumque testium predictorum, die et anno quo supra.

55

1163, jeudi 12 décembre. – Termes, sur une colline en face du *castrum*.

Controverse entre Raimond de Termes et Guilhem son frère à propos du castrum de Termes et de l'honneur qui leur venait de leur père. Elle fut jugée par Raimond Trencavel, vicomte de Béziers, entouré de Pons évêque de Carcassonne, des deux viguiers G[uilhem] de Saint-Félix et P[ierre] de Vilar, d'U[go] Escafredi, G[uilhem] de Durban, P[ierre] Raimond d'Hautpoul, maître Maurin et maître Haubert. Raimond de Termes, Bernard de Montesquieu et Ricsovende doivent avoir deux tiers de la tour, du barri et des barriani de Termes et la moitié des milites et de leurs maisons. Guilhem de Termes aura le tiers de la tour, du barri et des barriani et la moitié des milites. Raimond et Guilhem conservent les maisons qu'ils avaient et auront l'autorisation de construire. Un mur doit être construit en commun entre leurs deux parties. Les deux frères doivent édifier une nouvelle église dans le barri : si les contributions du peuple ne sont pas suffisantes, Raimond paiera les deux tiers, Guilhem le tiers du complément. L'emplacement de la vieille église dans le castrum reviendra à Guilhem. Dans tout le reste de l'honneur et de la seigneurie, le partage sera identique, deux tiers-un tiers, sauf en ce qui concerne les milites, les fiefs des milites, le castrum de Durfort, le castrum de Carcassonne et la villa d'Arques qui seront divisés par moitiés.

Source: Trencavel-549, fol. 213-214.
 B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 260-263.
 a. HGL, V, col. 1277-1279.

[...] Omnes rerum predictarum est testis Ermengardis vicecomitissa Narbone et Sicardus de Lauraco et Petrus de Domo Nova et Poncius de Roca et Bernardus de Durfort et Quartonator et Baralerius et Udalgerius de Fonoletto et Petrus atque Arnaldus filii ejus et Aimericus de Barbairano et Bernardus Raimundi de Canesuspenco et multi alii viri nobiles qui tunc aderant ibi ubi finis prescripta fuit facta, in colle ante Terminum versus meridiem. Arnaldus de Clairano hoc scripsit jussione domni R. Trencavelli et R. de Termino et B. de Monte Eschivo et G. de Termino et Petrus Oliverii illius filii, die et anno quo supra.

56
1163

Guilhem de Termes, fils d'Estia, et Pierre Olivier, son fils, fils d'Aldemurs, prêtent serment de fidélité à Raimond Trencavel, fils de Cecilia, et à son fils Roger [II], fils de Saure, vicomtesse, pour le castrum de Termes.

Source: Trencavel-188, fol. 59-59v.

B. Coll. Doat, vol. 167, fol. 266-267.

a. HGL, V, col. 1275 (compilation en un seul acte des n° 188 et 189bis).

De Termino.

Juramus ego Guillelmus de Termino filius Estie et ego Petrus Olivarius filius Gillelmis et Aldemurs tibi Raimundo Trencavello filio Cecilie et Rogerio filio tuo et Saure vicecomitisse castrum de Termino et forcias que ibi hodie sunt et in antea facte fuerint quod non auferemus vobis predictum castrum nec predictas forcias nec aliquid inde vobis auferemus, nec homo vel femina nostro consilio vel ingenio, et si homo esset vel femina qui vel que predictum castrum vobis auferret vel forcias aut inde aliquid vobis tolleret, cum illo vel cum illa finem nec societatem non haberemus, nisi pro ipso castro recuperando, et si recuperare ipsum castrum possemus, in vestra potestate sine lucro pecunie vel honoris illud tornaremus, et interim vobis fideles adjutores essemus, et per quantas vices predictum castrum vel forcias per vos vel per nuncium vestrum a nobis pecieritis, vobis vel nuncio vestro castrum illud vel forcias reddemus et ab illa ammonitione nulla occasione nos subtrahemus. Sicut superius scriptum est, ita fideliter tenebimus et observabimus per hec sancta evangelia. Acta sunt hec anno Incarnationis dominice M°C°LXIII°. Hujus sacramenti sunt testes domina Ermengardis vicecomitisse Narbone et Petrus de Menerba et Petrus Raimundi de Alto Pullo et Aimericus de Barbairan et Petrus de Vilario et Petrus Raimundi de Alarico et Bernardus Raimundi de Canependut.

57
1164, 20 mai

Richarde (Ricarda) donne avec sa famille aux frères de la milice son « honneur » dans la « villa » et le terroir des Cours et au Layrou, don pour lequel ils reçoivent tous 20 sous ug. en monnaie octena.

Source : Douzens-B24, p. 207-208.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ego Ricarda et infantes mei et vir meus nomine Raimundus, donamus domino Deo et militie Templi et magistro Bernardo de Paulago et Isarno,

comendatori de Curtibus, et omnibus aliis fratribus presentibus et futuris, totum ipsum meum honorem qui mihi advenit ex hereditate mea, sicut nos habemus et habere debemus in villa de Curtibus et in suis terminis et in Alairos, propter remedium animarum nostrarum et parentorum nostrorum. Est verum et manifestum quod propter hoc donum superscriptum dedistis nobis .XX. solidos ugonencos octenos [fol. 29 vol exhibiles et metibiles in Carcassona, et sic ista carta firma et stabilis omni tempore. Si vero omo aut femina vobis amparaverit, erimus vobis legales sine vestro inganno guirenti. — S. Ricarde et viri sui, Raimundi de Raxiaco, et Atonis, filii eorum, et omnium aliorum infantum. — S. Sicfredi de Favere et Gillelmi de Villa Flurano et Arnaldi de Raxiaco. — Arnaldus scripsit iussione Ricarde et viri sui Raimundi et Atonis et predictorum testium, in anno .M.C.LX.III. Incarnationis dominice, .III. feria, .XIII. kalendas juni, rege Lodovico] regnante.

58

1164, 14 décembre

Pierre de Laure et Raimond son frère reconnaissent la donation d'un jardin dans le terroir de Laure que leur père avait consentie en faveur du Temple, et l'approuvent devant les frères de la milice.

Source: Douzens-A59, p. 66.

[fol. 40 v°] In Dei nomine. Manifestum sit omnibus hominibus quod ego Petrus de Laurano et Raimundus, frater meus, per nos et per totam posteritatem nostram laudamus et recognoscimus quod Petrus de Laurano, pater meus, donavit unum ortum in terminio de Laurano, ubi vocant ad Verger, ad mansionem Templi; et affrona de altano in reg, a meridie et circio in via, de aquilone in orto Petri de Castel. Sicut superius scriptum est, sic donamus et laudamus domino Deo et militie Templi sine omni retinencia, et tibi Petro Radulfo, magistro de Dozencs, et Arnaldo de Carreira et fratribus qui hodie vel in te(a) sunt venturi. Et si homo vel femina ibi aliquid anparaverit, erimus boni guirentes et fideles de isto orto ad domus Templi, et sic ista carta firma et stabilis permaneat omni tempore sine inguanno. Facta carta .XVIII. kalendas januarii, feria .11., anno ab Incarnatione Domini .M.C.LX.III., regnante Lod[ovico] rege. — S. Petri de Laurano et Raimundi, fratris ejus, qui istam cartam laudaverunt et testes firmare rogaverunt. — S. Bernardi de Roccha Curva. — S. Petri de Monte Lauro. — S. Guillelmi Poncii. — Petrus cappellanus de Gluiano hoc scripsit.

59

1164, [3,10,17,24,31] décembre

Arnaud le Clerc (Clericus) de Trèbes avec sa famille et Hugue son cousin, Alazais fille de feu Pierre le Bègue et les siens abandonnent aux frères du Temple les droits qu'ils avaient sur une terre située dans le terroir des Cours, près de la Boissère, et reçoivent d'eux pour cet abandon 4 sous ug.

Source : Douzens-B39, p. 219.

Anno (J) .M.C.LX.III. incarnati divini Verbi. Ego Arnaldus Ciericus de Tribus Masis et meus consobrinus Ugo et uxor sua et infantas eorum, et Aladaitia, que fuit filia Petri Balbi qui fuit condam, et vir ejus Stephanus et infantas eorum, nos simul in unum iaxamus et donamus et

omni modo diffinimus hoc quod habemus vel habere debemus in una terra que est in terminio de Curtibus, domino Deo et beate Marie et Petro Rasolpho, magistro militie Templi Jherosolimitani, et omnibus fratribus presentibus et futuris, et Isarno, bajulo ipsius predictis honoris; que terra affrontat de altano in terminio de Miralas et in Boisera, de meridie in serra, a circio in honore Bernardi Rogerii, de aquilone in Pojolo; ut habeatis [fol. 44 vol et teneatis ipsum honorem vos et posteritas vestra in perpetuum. Et si ullus homo vel femina aliquid inde vobis amparaverit, nos guirenti erimus vobis sine inganno vestro. Verum est quod propter honorem ipsi milites dederunt nobis .1111. solidos ugonencs. — S. Arnaldi predicti et Ugonis et Ala[dai]tia et Stephanus suus vir et infantum eorum, qui istam cartam Petro scribere jusserunt et testes firmare (a) rogaverunt. — S. Sicredi de Favers. — S. Raimundi Guitardi. — S. Petri Alegri. — Facta carta in mense decembrio, regnante Lod[ovico] rege, feria .V., die et anno quo supra.

60

1166 (n. st.), 31 octobre¹

Raimond de Villar et les siens, Saurine sa parente et les fils de celle-ci donnent au Temple leur part, à savoir le sixième, des biens qu'ils possédaient avec les seigneurs de Villar dans les terroirs de Molières, de l'Ourtigue et de Monthaut, à l'exception d'un champ et d'une modiatia de terre qu'ils retiennent en alleu, sous la réserve que, s'ils étendent leurs labours, ils devront l'agrier au Temple ; ils reçoivent de lui pour ce don 6 sous ug.

Source : Douzens-B43, p. 222-223.

In nomine Domini. Ego Raimundus de Vilar[io] et uxor mea Arnalda omnesque infantes nostri presentes et futuri, et Saurina mea cognata [fi]llique sui Gillelmus Raimundi et Bernardus et [Pe]trus Grossus et Raimundus Sicfredi, da[mus] Deo et sancte militie Templi Jherosolimitani et vobis Pet[ro] de Sancto Johanni et Isarno ceterisque confratribus vestris al[iisque] [fol. 47 v°] omnibus in ipsa militia Deo servientibus presentibus et futuris, omnia que habemus et tenemus et habere debemus in Moleira et in suis terminis, et in Ortiget et in suis terminis, et in Montem Altum et in suis terminis, scilicet in ermis, in condistrictis, in pascuis, in boscos, in guarriguas, in aquas, in riparias, in introitibus et in omnibus eorum exitibus, et in quibuscumque aliis causis scienda vel nescienda ibi nominari possunt; que omnia affrontant de altano in Montem Altum et usque ad aream de Mesme, de meridie in serra a qua vallis videri potest et usque ad Podium Bagonum, de circio in terminio Calce, ab aquilone in terminio Sancti Stephani et Curtibus; videlicet sextam partem quam ibi habemus et habere debemus cum dominis de Vilario, ut habeatis omnia ilia et teneatis, sicuti a quatuor ventis includitur, sine ullo retentu et absque ulla reservatione, vos et successores vestri perpetim ad faciendam [fol. 48] voluntatem vestram, preter unum campum quem retinemus in terminio de Beteriis et magis unam modiatam terrarum quam ibi per alodium retinemus. Quo pacto quod si ibi amplius iaborare voluerimus, agraria fideliter vobis et servis et ministris ac abitantibus ejusdem Templi dentur; taliter quod ab hac die in antea nos aut infantes nostri vel posteritas illorum aut ullus omo vel femina per nos vel per nostram vocem infra ipsos terminos quicquam amplius non habeamus nec requiramus nec ullo modo amparemus nisi prenomiatum campum et unam modiatam terre sicuti prediximus, sedlibere et absolute sint vobis ilia omnia sicut superius narrantur et sicuti melius ad vestrum opus dici possunt sine vestro inganno, ad habendum hec ac possidendum vestram voluntatem perpetim fatiendum. Verum est quod propter hoc donum dedistis nobis VI. Solidos ugonencos, sed [fol. 48 v°] si magis valent quam supradictum pretium nos bono animo et bona voluntate, remoto omni malo ingenio, vobis tradimus ilia omnia. Et si ullus homo vel

femina aliquid inde vobis (a) amparaverit, legales guirenti ac tenere et habere vobis fecerimus omni tempore sine inganno. — S. Raimundi de Vilario et uxoris ejus Arnalde ac infantum eorum, et Saurine sue cognate suorumque infantum. — S. Raimundi Sicfredi de Fabrezano. — S. Amelii Beringarii de Archis. — S. Pontii Amelii de Archis. — Facta carta ista .II. kalendas novembris, feria .11. Gillelmus scripsit jussu Raimundi de Vilario sueque cognate Saurine sui que filii Guillelmi Raimundi, anno.M. C.LX.VII. Incarnationis dominice, regnante Lodovico rege.

1- La concordance du 31 octobre avec un lundi s'observe en 1166. Le rédacteur de l'acte semble avoir utilisé le style de l'Annonciation selon le calcul pisan.

61

1167 (n. st.), 27 février

Raimond de Rieux et les siens donnent aux frères du Temple une femme nommée Aliga avec sa fille et leur descendance, et reçoivent une aumône de 3 sous melg.

Source : Douzens-A156, p. 141.

Anno millesimo.C.LX.VI. Incarnationis dominice, .II. feria, .III. kalendas marcii, rege Lod[ovico] regnante, civitati que dicitur Carcassona Trencavello proconsule dominante. Ego Raimundus de Rivo et Ermengardis uxor mea infantesque nostri, gratis et bona fide, damus domino Deo [fol. 111 v^o] omnipotenti et honorabili militie Templi Jherosolimitani et vobis, Petro de Sancto Johanne et Bernardo de Rocafort et Ysarno, fratribus illius militie omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus. Damus vobis Aligam feminam nostram et Guarsendem illius filiam et totam ipsius posteritatem, ita ut illas feminas et totam posteritatem Guarsendis propredictam habeatis et teneatis et ad omnem voluntatem vestram fatiendam pro vestro jure plenario et alodio possideatis omni tempore ; quas feminas vel illarum posteritatem vobis anparaverit, nos et posteri nostri erimus Deo et vobis sine vestro inguanno guirenti. Quod donum facimus Dei amore et animarum nostrarum remissione, et modo datis n[obis] de elemosinis vestris .III. solidos melg. Istius doni est testis : Gillelmus de Sancto Felice, vicarius Carcassone, et Petrus de Lavineria et Petrus Mai Ordei et Stephanus de Brugueria et Raimundus Amelii de Podio Xairico. Quorum jussu et Raimundi de Rivo, Arnaldus de Clairano hoc scripsit, die et anno prenotato.

62

1167, [7, 14, 21, 28] août

Raimond Sicfré (Sicfredi) de Fabrezan et les siens abandonnent au Temple les droits de garde (batlia) et de pâturage qu'ils avaient dans la « villa » et le terroir des Cours et dans le terroir de Layrou, sous la réserve que le Temple sera tenu de réparer les dommages causés dans leurs labours par ses hommes et ses animaux.

Source : Douzens-B6, p. 191-192.

In nomine Domini. Ego Raimundus Sicfredi de Fabrezano et uxor mea Gillelma ac infantes nostri, Gillelmus de Vilario atque Sicfredus, donatores [fol. 10 v^o] et diffinitores sumus Deo et sancte militie Templi Jherosolimitani et vobis, Petro de Sancto Johanne et Isarno ceterisque

confratribus vestris aliis omnibus in ipsa militia Deo servientibus presentibus atque futuris.
Donamus

[...]

— S. Raimundi Sicfredi de Fabrezano et uxoris ejus Gillelme filiorumque predictorum eorum, qui sic istam cartam firmaverunt testesque rogaverunt. — Et ii sunt : Sicfredus de Favere et Gillelmus de Favere et Raimundus de Vilario et Amelius Beringarius de Archis et Petrus Arnaldus de Favere. In presentia et in videntia quorum hec omnia locuta ac facta atque scripta fuerunt in mense augusti, feria .II. Gillelmus Rogerius scripsit jussu Raimundi Sicfredi predicti de Fabrezano et filii ejus Gillelmi de Vilario, anno .M.C.LX.VII. Incarnationis dominice, regnante rege Lodovico.

63

1167, 20 septembre

Raimond Sicfré (Sicfredi) et les siens donnent au Temple leur part, c'est-à dire le sixième de l'« honneur » qu'ils avaient dans les terroirs de Molières et de l'Ourtigue avec les autres co-possédants (pariarii), et reçoivent pour ce don une aumône de 25 sous melg., bien qu'il s'agisse d'une donation pieuse.

Source : Douzens-B42, p. 221-222.

Ad honorem Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus sancti, nostrorumque remissione peccatorum. Anno .M^o.C.LX.VII. Incarnationis dominice, .IIII. feria, .XII. kalendas octobris, rege Lod[ovico] regnante, civitati que dicitur Carcassona Trencavello proconsule dominante. Ego Raimundus Sicfredi et uxor mea et Gillelmus de Vilario filius noster ceterique infantes nostri damus domino Deo et beate Marie et honestissime Templi Jherosolimitani militie et tibi Petro de Sancto Johanne, procuranti honorem quem militia propredicta habet et tenet in episcopatu carcassensi atque redensi, et Bernardo de Roca Fort atque Isarno, confratribus vestris et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub dispositione illius mili-[fol. 46 Vo]-tie^(a) Deo militantibus, nostram sextam partem totius honoris quem cum aliis pariaris nostris habemus in terminio de Moleria et de Ortigeto, terras scili[et] et taschas et agrerios et eremos et labora[tus], boscos, garrigas, aquas, riparias, prata, [pa]scua, exitus atque reditus omnesque alias rectitudines nostras ubicumque eas aliquo modo in illis terminis [ha]bemus et habere ac tenere ulla ratione debemus. [Tot]us ille honor affrontat de altano in podio de Monte Alto et usque in serram Beterii, et a meridie usque in serram de Torna Mantello, a circio in termi[nio] de Cautio et in bosco qui vocatur Torrozela, et ab aquilone in terminio Sancti Stephani et de Curtibus. Quantum infra illas affrontationes ulla ratione habemus et habere debemus, totum absque ulla retinentia nostra omniumque propinquorum nostrorum damus domino Deo et fratribus militie prefate, ita ut a modo ad omnem voluntatem vestram fatiendam in perpetuum [fol. 47] pro alodio vestro possideatis. Quod donum, [si omo] aut femina ad irrumpendum venerit, [nos] et posteri nostri erimus Deo et fratribusmil[itie] prescripte sine inganno guirenti. Et cognoscimus quia, quamvis hoc donum fatimus [in nostro]rum remissione peccatorum, tamen datis nobis de elemosinis vestris .XXV. solidos melg. — [S.] Pontii Ferrol, et Arnaldi Gaufredi, et P[etri] de Vilalerio. — Quorum jussu et Raimundi Sic[fre]di et Gillelmi de Vilario, illius filii, Arnald[us] de Clairano hoc scripsit.

(a) La partie gauche du feuillet est tachée par l'humidité ; les lettres les plus effacées sont restituées entre crochets.

1167, 11 décembre

Isalguier de Villar et Pierre-Raimond son frère donnent au Temple leur part, c'est-à-dire le huitième, des droits qu'ils possédaient dans le terroir de Molières, et reçoivent en aumône du Temple 10 sous ug., bien qu'il s'agisse d'une donation pieuse.

Source : Douzens-B45, 224-225.

Anno millesimo .C.LX.VII. Incarnationis dominice, .II. feria, .III. idus decembris, rege Lod[ovico] regnante. Nos fratres Udalgerius de Vilario et Petrus Raimundi, in nostrorum remissione peccatorum et remedio anime Bernardi de Vilario patris nostri omniumque parentum nostrorum, damus domino Deo et beate Marie et venerabili Templi Jherosolimitanimilitie et vobis Petro de Sancto Johanne et Isarno et Bernardo de Roca Fort, fratribus et servis illius milicie, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub ordinatione illius militie Deo servientibus; donamus vobis omnem hoc quod habemus et habere debemus in termi-[fol. 50]-nio de Moleria, terras scilicet cultas et incultas, quartos, agrerios et alia terre merita, aquas, riparias, prata, pascua, boscos, garrigas, exitus atque reditus, et omnia jura nostra usui hominum (a) pertinentia atque dominia. Terminum illud de Moleria protenditur ab oriente usque in summitatem podii de Monte Alto et usque in terminium de Beteri, et a meridie usque in serram de Torna Mantello, ab occidente in terminio de Cautio et de Torrozela, de aquilone in terminio Sancti Stephani et de Curtibus. Quantum infra omnes affrontationes antedictas habemus et habere debemus sive accidat nobis ex nostro proprio jure aut consuetudine, id est .VIII. pars omnium rerum quem omnes infra illas affrontationes includuntur, damus vobis ad habendum et tenendum et ad omnem voluntatem vestram pro vestro proprio jure et alodio deinde omni tempore possidendum. Et si omo aut femina aliquid illius honoris vobis vel suc-[fol. 50 v°] (b)., cessoribus vestris amparaverit, nos et posteri nostri, [er]ijmus Deo et vobis omnibusque successoribus vestris sine [ingan]no guirenti. Cognoscimus quidem quia, quamvis [istu]d donum fatiamus Deo et vobis, tamen vestra propria [v]oluntate datis nunc nobis .X. solidos ugonencos de elemosinis vestris. Istius doni est testis : Arnaldus [G]aufredi, et Petrus de Vilalerio, et Arnaldus, filius Escot qui fuit. Quorum jussu et Udalgerii de Vilario et Petri Raimundi, fratris illius, Arnaldus de Clairano hoc scripsit, die et anno quo supra.

1168, 5 août

Arnaud de Villelaur et sa famille vendent aux frères du Temple les terres, droits et redevances qu'ils possédaient dans le terroir de Peyremale pour 300 sous melg.

Source : Douzens-B57, p. 233-234.

Anno¹ ab Incarnatione Domini .M.C.LX.VIII., feria .11., nonas augusti, rege Lod[ovico] regnante. Ego Arnallus de Villa Lauro et uxor mea Aldeborcs atque infantes nostri, cum voluntate Amelii et Bertrandi, fratrum meorum, bona fide per nos et per omnes posteros nostros, gratis ac titulo perfecte venditionis, vendimus tibi Petro de Sancto Johanne atque Isarno, fratribus et servis militie Templi Jherosolimitani, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub ordinatione illius milicie viventibus; vendimus vobis omnem hoc quod habemus ac tenere debemus in Petra Mala et in omnibus illius terminis, scilicet terras, aquas,

riparias, boscos, guarriguas, arbores fructiferas et infructiferas, cultus et incultus, exitus atque redditus, cartos, agrerios, feudos, alodios, prata, [fol. 60 v^o] [p]ascua^a atque alia omnia jura nostra usui hominum pertinencia ubicumque in ilia Petra Mala et in omnibus illius terminis ea ulla racione habemus et habere ac tenere debemus sive accidant nobis ex jure aut ex consuetudine ; sicut superius est dictum, sic omni inguanno vestro remoto vendimus vobis totum propter .CCC. Solidos melg. bonos et rectos, metibiles ac percurribiles, quos nobis dedistis; et si ista vendicio plus precii valet, illud totum gratis donamus vobis ita ut omnia prescripta vos et omnes fratres prefate militie habeatis et teneatis et ad omnem voluntatem vestram faciendam in perpetuum pro vestro proprio alodio possideatis. Et si homo aut femina in predictis rebus aliquid amparaverit vobis, nos et posteri nostri erimus vobis sine vestro inguanno guirentes boni. — S. Galard de Duro Forte et Raimundum Cape Bonum et Sicfredi de Favere et Rogerii de Barbairano et Gillelmi Ungles, et Rogerii Ysarno et Petri de Pradelas. — Poncius cappellanus hoc scripsit.

(a) Une tache d'humidité a effacé l'initiale de ce mot.

1- A la suite de l'acte qui précède, note du XVII^e siècle : Peiremale.

66

1168, 24 septembre

Séguier de Peyriac, Payenne, et leurs familles, Pierre Séguier et son frère Hugue donnent aux frères de la milice tout ce qu'ils possédaient dans les terroirs de Valséguier et de Mirailles et reçoivent du Temple pour ce don une aumône de 3 sous ug.

Source : Douzens-B32, p. 213-214.

In^(a) nomine Domini. Ego Sigarius de Peiriaco et uxor mea et filius noster Raimundus et omnes alii, et ego Pagana et vir meus Petrus de Favere et infantes nostri, et ego Petrus Sigarius et Ugo, frater meus, nos in-[fol. 37 vo]- simul damus domino Deo et beate Marie et honestissime Templi Jherosolimitani militie et tibi Petro de Sancto Johanne, procuranti honorem quem militia propredicta habet et tenet in episcopatu carcassensi atque redensi, et Bernardo de Roca Forz atque Isarno, confratribus vestris, et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub dispositione illius militie Deo militantibus, totum quantum habemus vel habere debemus in terminis de Vilar Siger et de Miralas; et afrontat (b) de altano in Petra Mala et in Vilela, a meridie in terminio de Curtes, de cercio in terminio Sancti Stephani de Mas, de aquilone in terminio de Munzano. Quantum infra illas affrontationes ulla racione habemus et habere debemus, totum absque ulla retinentia nostra omniumque propinquorum nostrorum damus domino et fratribus prefate militie, ita ut a modo ad omnem voluntatem vestram faciendam habeatis et teneatis atque in perpetuum pro vestro proprio jure et alodio [fol. 38] possideatis. Quod donum, si homo aut femina illud donum anparare voluerit, nos et posteri nostri erimus vobis sine inganno guirenti. Et cognoscimus quia propter hoc donum dedistis nobis de elemosinis vestris. III. solidos ugonens. — S. Gillelmi Xatbert macip de Barbairano et Gillelmus Rogerius et Bertrandus Botetus et Raimundus Gillelmus et Pontius Rainardus de Monzano. — Quorum jussu et Sigarii et omnibus jamdictus Petrus Calvetus de Pomar scripsit, .VIII. kalendas octobris, feria .III., anno millesimo .C.LX.VIII. Incarnationis dominice, rege Lodovico regnante.

a- A la fin de la dernière ligne de l'acte précédent, note du XVII^e siècle : Donation confrontant les terres du Mas. Dans la marge de gauche, de la même main : Na. — b- Le passage entre in terminis et afrontat a été souligné, probablement au XVII^e siècle.

1169 (n. st.), 7 janvier

Raimond de Rieux et les siens donnent aux frères de la milice tout ce qu'ils possèdent dans le terroir de Molières, et reçoivent d'eux une aumône de 5 sous melg.

Source : Douzens-B48, p. 226.

[fol. 52] Anno (1) .M.C.LX.VIII. Incarnationis dominice, .III. feria, .VII. idus januarii, rege Lod[ovico] regnante. Ego Raimundus de Rivo et uxor mea, Ermengardis, omnesque infantes nostri, donamus domino Deo et beate Marie et militie Templi Jherosolimitani et vobis Petro de Sancto Johanne et tibi Isarno, fratribus et servis militie Templi propredicti, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, totum hoc quod habemus et habere debemus in terminio de Moleira; quod terminum affrontat de altano in podio de Monte Alto et de Beteria, a meridie in serram de Torna Mantello, a circio in terminio de Cauce et in Torrozela, de aquilone in terminio de Curtibus et Sancti Stephani. Quantum infra illas (b) affrontationes ulla ratione et voce habemus et habere debemus, totum donamus et laudamus Deo et vobis fratribus militie Templi prescripti, ad habendum et tenendum et ad omnem volumptatem vestram ibi fatiendum, atque in perpetuum pro vestro proprio [fol. 52 v°] jure et alodio possidendum ; quod donum fatimus vobis in nostrorum remissione peccatorum et remedio animarum patrum nostrorum et matrum nostrarum. Si vero omo aut femina illius honoris vobis vel successoribus vestris anparaverit, nos et posteri nostri erimus Deo et vobis sine inganno guirenti. Et cognoscimus quia nunc de elemosinis militie prefate dedistis nobis .V. solidos melg. Hujus rei sunt testes : Sicfredus de Favere et Raimundus cappellanus de Villa Tritulfo et Guillelmus Bofil de Tausirano. Quorum jussu et predicti Raimundi de Rivo et uxoris ejus et infantum eorum, Pontius de Subiraz hoc scripsit, die et anno prenotato.

1169 (n. st.), 13 février

Raimond Rossiniol et les siens abandonnent aux frères du Temple tous leurs droits sur la moitié d'une terre qu'ils tenaient d'eux, située dans le terroir de Roquenégade.

Source : Douzens-A97, p. 93-94.

Anno .M.C.LX.VIII. incarnate dominice. Ego Raimundus Rossiniol et uxor mea Guarsendis et omnes infantes nostri donamus et laxamus et omnimodis diffinimus domino Deo et beate Marie et omnibus sanctis et vobis fratribus militie Templi Jherosolimitani et Sancto Johanni de Carreira^(a) et tibi Petro de Sancto Johanni, magistri militie carcassensis et redensis, et tibi Petro de Padern, comendatori domus de Carreira, et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris in ipsa militia Deo servientibus, totum hoc quod habemus et habere debemus in ipsa terra quam tenemus de ipsa militia in terminio de Rocha Negada retro vineas de Collo; et affronta de altano in via, a meridie in ipso honore militie, a circi in boscho, de aquilone in vinea de me Rossiniol. Sicut ab istis .IIII^{of}. affrontationibus includitur ista terra, sic donamus eam vobis fratribus predietis et Sancti Johannis de Carreira pro amore Dei et remissione pec-[fol. 70 v°]-catorum nostrorum et anime Raimundi, filii mei, et patris et matris mee, totum hoc^(b) quod habemus et per qualicumque voce habere debemus in ipsa predicta terra, scilicet medietate. Et si homo aut femina aliquid in predicta terra vobis anparaverit, nos et posteri nostri erimus vobis

deinde bonum guirenti sine inguanno. Facta carta idus februarii, feria .V., regnante Lod[ovico] rege. Hujus rei sunt testes : Amelii Faure et Petri Guifredi et Guillelmi Guilaberti et Martini de Mairacho et Guillelmi Pelliparii de Sancti Ilarii. Quorum jussu et Raimundi Rossinioli et uxoris ejus et infantum illorum, Guillelmus de Palatio anc cartam scripsit.

a- Note marginale : *Sancti Johannis de Carreria.*– b- *hod dans le texte.*

69

1169, 25 février¹

Bernard de Domneuve donne à la milice du Temple, avec le consentement de ses frères, de sa fille et de son gendre, son âme et son corps, l'« honneur » qu'il possédait dans la villa et le terroir de Domneuve et dans les terroirs du Lys et de Villemagne, un fief à Villedèze et tous ses autres droits.

Source: Douzens-A104, p. 98-99.

Anno millesimo .C.LX.VIII^(a). Incarnationis dominice, .111. feria, V. kalendas marcii, re[ge]^(b) Lode regnante. Ad honorem Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Bernardus de Domo Nova, in mea plenaria voluntate et in meam bonam recognoscenciam, in meorum remissionem peccatorum et remedio anime patris mei et matris mee, cum consilio et volumptate et laudamento filie mee Galiane et mariti sui Raimundo Matfredi et fratrum meorum [fol. 73] videlicet Petri et Rogerii et Guillelmi, dono et laudo domino Deo et beate Marie et honestissime Templi Jherosolimitani militie et tibi Elie Fulcaudo et Petro de Sancto Johanne et Isarno et Arnaldo de Carreria et Petro de Paderno et Guillelmo de Falbano, corpus meum et animam meam et totum illum honorem quem habeo et habere debeo in villam que vocatur Domo Nova vel in omnibus suis terminis, et in terminio de Aiglino, et in termino de Villa Mania, scilicet terras, vineas, quartos, agrarios, casas, casales, ortos, ortales, ferragines, feudos, dominationes, eremos, laboratus, aquas, riparias, prata, pascua, boschos, silvas, guarriguas, arbores fructiferas et infructiferas, et ipsum feudum quod Petrus de Tripulo tenet a me et fratris mei Rogerii in termini de Villa Dezas^(c) ceteras que alias meas rectitudines pro qualicumque voce illas hodie habeo et habere debeo ubicumque sint, exitibus et redditibus. Sicut superius prenommatum est, sic ego Bernardus de Domo Nova prescriptus fatio hoc donum a me ipso et tocuis mei honoris domino Deo et beate Marie et honestissime Templi Jherosolimitani militie et vobis predictis fratribus et servis servorum illius militie omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris sub dispositione illius militie Deo servientibus, ita ut illud donum deinde abeat et teneatis atque in perpetuum pro vestro proprio jure et alodio ad faciendam volumptatem vestram possideatis. Et si aliqua persona illud donum vobis anparaverit, dum vixero ero vobis guirentus bonus. Hujus rei sunt testes : Guillelmus de Claro Monte et Sicfredus de Favers et Raimundus cappellanus de Villa Tritulpho et Guillelmus Damont [fol. 73 v°] et Bernardus Sicfredi de Villa Mania et Petrus Johannis de Domo Nova et Poncius Guairiberti, quorum jussu et predicti Bernardi de Domo Nova et filie ejus Galiane et predictum fratrum suorum Poncius de Subiraz istam cartam scripsit.

a re dans le texte.– b- Note marginale du XIII^e siècle : Instrumentum de Dobnova.– c- Note marginale du XIV^e siècle : Viladezal.

1- Il n'y a pas à corriger le millésime, bien que l'acte soit antérieur au 25 mars. Il est sans doute daté en style pisan.

Énumération des biens formant l'« honneur » donné à la milice du Temple dans les terroirs du Lys et de Domneuve par Bernard de Domneuve quand il fit don de sa personne au Temple. Lui et sa fille déterminent le partage de leurs biens.

Source : Douzens-A112, p. 103-105.

[fol. 76] Hec est carta et rememoratio de illa honore quod Bernardus de Domo Nova dedit cum seipsi domino Deo et beate Marie et militie Templi Salomonis Jherosolimitani in terminio de Domo Nova et de Aigleni. In primis, in ipso terminio Aigleni, medietatem in ipsa condamina de Prad, et affronta de altano in honore Petri de Rivi, a meridie in aqua de Rivite, a circi et aquilone in strata; et in ipso terminio medietatem in una pecia terre quem tenet Bernardi Arnaldi ad tascha, et affronta de altano in terminio de Codano, a meridie in via, a circi in ipsa honore, de aquilone in boscho; et in ipso terminio ad Pojal medietatem de ipso campo quem tenet Bernardi de Maironas ad tascham, et affronta de altano in boscho, a meridie in via, a circi et aquilone in cingle; et ad casal de Pojol .I. peciam terre, et affronta de altano in boscho nostro de ipsa ereditate, de meridie in via, a circi in cingle, de aquilone in ipsa ereditate; et medietatem de omni hoc quod habebant Bernardo predicto et fratri suo Rogerio insimul in terminio Pojali et Devesa. Et in terminio Domo Nova in loco vocato Peiros .I. peciam terre, et affronta de altano in vinea Poncii Guariberti, a meridie in honore Petri Guilamar qui fuit condam, a circi in honore Raimundi Guariberti, de aquilone in via; et ad ipso Peiros unam faxiam vinee quem tenet Bernardi de Maironas ad quartum, et affronta de altano in honore Rogerii, a meridie in via, a circi in honore Bernardi Guillamar, de aquilone in semitarii; et in alio loco subtus villam unam peciam vinee quem tenent Bernardi Johanni et Petri Johanni ad quartum, et affronta de altano in honore Saurina [fol. 76 v^o] de Vilar, a meridie in honore infantum Petri de Subiraz, a circi in vinea Petri Salamoni, de aquilone in vinea Pontillis de Claro Monte; et subtus villam medietatem de ipso orto Bernardi Gili, et affronta de altano in condamina, a meridie in honore homines de Claro Monte, a circi in via, de aquilone in honore Petri de Rivi; et hoc quod habeo et habere debeo in ferragine Recordis subtus villam et ipso orto Quairoli que affronta de altano in via de fonte, a meridie et circi in rego, de aquilone in honore Raimundi de Salvazani; et juxta villa .I. ferragine de Olvariis, et affronta de altano in honore Rogerii, a meridie in honore Bernardi de Villa Flurani, a circi in honore Rogerii, de aquilone in via; et ad Vallo^(a) Frigida terciam partem de tascham de ipsa terra quem tenet Raimundi Savarig-, et de ipsa terra que Guillelmus Ava et nepotibus suis tenent ad Comba Sunir quartam partem de tascham; et de ipsa terra que Bernardus de Villa Flura et frater ejus tenent ad Comba Sunir quartam partem de tascham; et in ipsa terra quem tenent Poncius Bels Hom et suis nepotibus in Comba Sunir quartam partem de tascham; in ipsa terra quem tenet^(b) Poncius Guariberti super casal medietatem de tascham; et in campo retro Podii Sancti Juliani hoc quod habeo vel habere debeo; et in ipsa terra quem tenent Poncius Bels Hom et Raimundus Savarig ad Valle Frigida terciam partem de tascha; et in orto quem tenet Poncius Guariberti in Valle Frigida tascham de caules et de pors et de aliis rebus quam ibi fuerunt seminatatas, et de omnes arbores quartum; et in omnes [t]erminiis^(c) que sunt in Valle Frigida sicut divisum est usque in rego quartam partem; et in villa Domo Nova ipso manso quem tenet [fol. 77] Arnaldi Bernucii, cum exitibus et ingressibus suis, quem habet^(d) Petrus, frater meus, in pignora propter .X. solidos narbonensis; et in ipsa villa Domo Nova unum mansum cum exitibus et ingressibus suis. Et est verum quod ego Bernardus de Domo Nova et filia mea dividimus omnem honorem nostram sicut aqua discurrit de collo Valle Frigida usque ad Villa Mania: et ego accepi meam partem de omni honore ex parte villa, et filia mea ultra aqua. Et in omnes alias res que non sunt divisas, in boschos et in silvas, et in

pasturivis divisas et non divisas, omnes meas rectitudines in eremos et laboratos sicut habere debeo^(e).

(a) Sic. — (b) teneo dans le texte. — (c) Le copiste a omis le t initial. — (d) habeo dans le texte. - (e) Trois lignes sont restées inemployées, comme si le texte devait avoir une suite.

1- Bernard de Domneuve a fait don de sa personne le 25 février 1169 (A, 104) ; il a fait encore un autre don le 29 août 1170 (A, 94).

71

1169, 5 mars¹

Raimond d'Albas fait son testament, par lequel il donne à la milice du Temple sa personne, son « honneur » et tous les biens qu'il avait dans la « villa » et le terroir de Cabriac.

Source : Douzens-A8, p. 18-19.

A. Original : Arch. Haute-Garonne, H Malte, fonds de Douzens, liasse 29 (anc. Cabriac, liasse 1, n° 9) [le texte est établi d'après l'original. Les variantes indiquées sont celles du cartulaire].

Anno² ab Incarnatione Domine .M.C.LX.VIII. Ego Raimundus^(a) de Albariis positus in egritudine et fatio^(b) hoc meum testamentum in mea bona memoria et in meo sensu. In primis dimitti domino Deo et militie Templi^(c) Jherosolimitani mea anima et meum corpus et omni meo honore et totum quod habeo vel habere debeo in villa de Cabriaco^(d) et in suis [fol. 11] terminiiis : in via de Dozencs unam petiam^(e) terre, et affrontat^(f) de altano in honore Rogerii de Cabriaco^(g) et fratrum ejus, a meridie in honore Raimundi Ysarni^(h), a circio in honore infantum Ermengaudi de Rocha Negada⁽ⁱ⁾, de aquilone in via; et in alio loco in ipsa via unam ferraginem, et affrontat^(j) de altano in tenencia Petri de Rocha^(k), a meridie in honore infantum Ermengaudi predicti, a circio^(l) in terra Raimundi Ysarni^(m) quam tenet de Gillelmi⁽ⁿ⁾ Mantellini, de aquilone in ipsa via; et in ipso loco aliam petiam terre, et affrontat^(o) in honore Stephani Caniotti qui fuit de altano, a meridie in estrada publica^(p), a circio^(q) in podio, de aquilone in honore Raimundi Ysarni^(r); et de ilia terra que vocant Claosam dono vobis terciam partem, et affrontat de altano in Rocha et in honore Bernardi Raimundi, a meridie et de circio^(s) in honore Sancte Marie Crasse et Petri de Rocha, de aquilone in estra^(t); et de campo que vocant de^(u) Paleriodono vobis terciam partem, et affrontat^(v) de altano in honore Gillelmi^(w) Bernardi de Redorta, a meridie in podio, a circio et aquilone in viis; et subtus villam de Cabriacho unam ferraginem, et affrontat^(x) de altano et de^(y) meridie et de circio^(z) in viis, de aquilone in honore Raimundi Ysarni^(aa) et in Podio^(ab) Aurioli; ex parte meridie, unam faxiam terre, et affrontat^(ac) de altano in honore Raimundi Ysarni^(ad), a meridie in rego, a circio in honore infantum Ermengaudi de Rocha Negada, de aquilone in ipso podio; et ad Clausel medietatem de^(ae) uno campo, et affrontat^(af) de altano in ipsa hereditate^(ag), a meridie in tenencia^(ah) Petri Oliba et Bernardi Pontii^(ai) de Rocha Curba^(aj) a circio^(ak) in honore Guillelmi Guersii, de aquilone in honore Rogerii; et in ipso loco aliam peciam terre et affrontat^(al) de altano et a meridie in honore ipsi Rogerii et Bernardi Poncii de Rocha Curva [fol. 11 v^o], a circio in ipsa mea honore et infantum Ermengaudi de Rocha Negada, de aquilone in honore Raimundi Isarni, et ipsum quartum et dominationem quam habeo in vinea quam^(am) Bernardus Gilius tenet a me scilicet medietatem; et ad Canetum unam peciam terre et affrontat^(an) de altano et a meridie et aquilone in honore Gillelmi de Mata^(ao), a circio^(ap) in honore Petri Udalgerii; et ubi vocant ad Vassa dono vobis terciam partem de omnes olivarios que sunt ibi^(aq), et in aliam terciam parte^(ar) habeo .XVI. solidos ugonencos per pignoram, et affrontat^(as) de altano in honore Raimundi Isarni, a meridie in rego, a circio et aquilone in onore^(at) Rogerii de Cabriaco^(au). Verum est et manifestum ut Bernardus, frater meus, quando peregrinatus fuit apud Jherosolimam, donavit, michi omnem suam fraternitatem^(av) de isto

predicto honore; et Gregorius, frater meus, donavit michi omnem suam fraternitatem; et sic est verum et certe, et iuro per illud seculum unde ego vado. Sicut superius scriptum est et iste jamdicte affrontationes includunt, sic dono domino Deo et militie Jherosolimitani pro amore Dei et pro redemptione peccatorum meorum propter^(aw) alodem. Et si in predicto terminio habeat aliquem honorem inventum que me debuisset contingere similiter dono, tali pacto quod vobis^(ax) donetis ipsos centum^(ay) solidos melg. propter de bitosmeos quod ego debeo. Facta carta .III. nonas marci^(az), feria .IIII., regnante Lodoico rege. — S. Raimundi de Albariis, qui hoc donum feci^(ba) et istam cartam feci^(bb) scribere et subdictos testes firmare rogavi^(bc) — Sig..m^(bd) Stephani cappellani in quam potestatem hoc donumfuit factum.—Sig.+m^(be) Gili. — Sig.+m Arnaldi Cornelii. — Sig.+m Petri Adalberti. — Sig.+m Raimundi Boerii. — Qui omnes de hoc donum testes sunt [fol. 12] [Guillelmus scripsit jussione Stephani, cappellani, et supradictis testibus]^(bf).

(a) Raimudus, par omission du signe d'abréviation. — (b) facio. — (c) Templi Salomonis. — (d) Cabriacho. — (e) peciam. — (f) affronta. — (g) Cabriacho. — (h) Isarni. — (i) Rocca Neguada. — (j) affronta. — (k) Rocca. — (l) circi. — (m) Isarni. — (n) Guillelmi. — (o) affronta de aitano. — (p) in strata. — (q) circi. — (r) Isarni. — (s) et circi. — (t) strata. — (u) de omis. — (v) affronta. — (w) Guillelmi. — (x) affronta. — (y) de omis. — (z) et circi. — (aa) Isarni. — (ab) Podii. — (ac) affronta. (ad) Isarni. — (ae) in. — (af) affronta. — (ag) ereditate. — (ah) tenencia. — (ai) Poncii. — (aj) Curva. — (ak) circi. — (al) affronta. — (am) quod. — (an) affronta. — (ao) Gullelmi de Matha. — (ap) circi. — (aq) que ibi sunt. — (ar) partem terciam. — (as) affronta. — (at) honoie. — (au) Cabriacho. — (av) fraternitatem suam. — (aw) Dro. — (ax) vos. — (ay) illos C. — (az) Par distraction le copiste a écrit mrcii. — (ba) fecit. — (bb) fecit. — (bc) rogavit. — (bd) La croix du signum n'est pas cantonnée de Quatre points. — (be) Ce sigmum et les suivants sont remplacés par des S barrés. — (bf) Le passage entre crochets est remplacé par Guillelmus de Palatio hanc cartam scripsit.

1- La concordance d'un mercredi avec le 5 mars s'observe bien en 1169 ; le millésime a donc changé avant cette date. Le scribe a donc employé soit le style de Noël, soit plus probablement le style de l'Annonciation selon le calcul pisan. — 2- Dans la marge de gauche du fol. 10 v° du cartulaire, titre du XIII^e siècle : Testamentum Raimundi de Albaribus qui se et bona sua dedit Templo.

72

1169 (n. st.), 15 mars

Raimond de Gavait et les siens renoncent à leurs prétentions injustifiées sur la dîme de l'« honneur » que la maison du Temple de Saint-Jean de Carrière possédait sur la colline de Roquenégade, et reçoivent du Temple pour cet abandon une rémunération d'un setier de froment.

Source : Douzens-A113, p. 105.

In Dei nomine. Manifestum sit omnibus scire volentibus quod ego Raimundus de Gavait et uxor mea atque infantes nostri laxamus et desamparamus et omnimodis derelinquimus illum decimum quod injuste requirebam in omni honore quem militie habet ad collum de Rocha Neguada. Sicut superius scriptum est, sic solvimus et diffinimus et derelinquimus et desamparamus domino Deo et Sancto Johanni de Carreira et militie Templi Salomonis Jherosolimitani et tibi Petro de Sancto Johanni, magistri honoris militie, qui modo sunt in vicecomitatu carchassensis et redensis, et Bernardo de Roccafort et Petro de Paderno, comendatordomus Sancti Johanni de Carreira, et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris in predicta militia Deo servientibus. Et hoc facimus pro amore Dei et in remissione peccatis meis et animas parentorum [fol. 77 v°] meorum, ut nos neque aliquis de propinquis meis non possimus ab isto dieinantea in predictum decimum, quod injuste vobis requirebam, aliquid requirere nunc neque in perpetuum. Et est verum quia de elemosinis militie dedistis

nobis .1. sextarium frumenti pro amore Dei, et sic ista carta firma et stabilis permaneat omni tempore. Que facta est idus marcii, feria.VII., regnante Lod[ovico] rege, anno ab Incarnatione Domini .M.C.LX.VIII. De hoc sunt testes: Ugo Sigerii de Barbairano et Vitalis filius Sigarii et Francus presbiter et Raimundus levita de Berriacho et Martini Benedicti de Mairacho. Petrus Calvetus de Pomar scripsit.

73

1169, 16 juin

Isalguier de Clermont reconnaît qu'il possède sans partage avec d'autres hommes l'« honneur » qu'il a hérité de son père dans les terroirs de Molières et de l'Ourtigue. Il le cède, lui et les siens, au Temple à charge de labour et d'un usage (usaticum) annuel d'un demi-setier de froment et d'un demi setier d'orge ; l'acapte donnée par la milice est de 2 sous ug.

Source : Douzens-B54, p. 231-232.

Anno .M^o.C.LX.Villi. Incarnationis Domini, .II. feria, .XVI. kalendas julii, rege Lod[ovico] regnante. Ego Udalgerius de Claro Monte cognosco bona fide quia totus honor quem Gillelmus Raimundi de Vilario, pater meus qui fuit, habuit et tenuit in terminio de Moleria ad *Ortigued*, est meus absque parte alterius hominis. Quem honorem totum, ego et uxor mea et infantes mei donamus bona intencione vobis Petro de Sancto Johanne atque Isarno, fratribus mili-[fol. 58]-cie Templi Jherosolimitani, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, ita tamen ut ipsum honorem habeatis et teneatis et laboretis, et nobis ac posteris nostris pro omni terremerito et usatico in unoquoque anno in messibus dimidium sextarium frumenti et dimidium sextarium ordeï per ilium honorem donetis, sicque in perpetuum ilium honorem ad omnem voluntatem vestram faciendam possideatis. Et si homo aut femina ipsum honorem vobis anparaverit, nos et omnes posteri nostri erimus Deo et vobis sine inguanno guirenti. Et cognoscimus quia propter *accapte* illius honoris dedistis .II. solidos ugonencos. Honor ille affronta de altano in terminio de Beterio, de meridie in serra de *Torna Mantello*, a cerci in termini de Caucio, de aquilone in terminio de manso de Curtibus. — S. Poncii de Moleria et Petri de Scauno et Raimundi de Scauno. — Quorum jussu et Udalgerii [fol. 58 v^o] de Claro Monte et Aimerici illius filii Arnaldus de Clairano hoc scripsit.

74

1169, 28 août

Pierre Bérenger d'Arques, Amiel son frère, Bernard Rossel et leurs familles, Pierre Gilles (Gili), ses frères et sa soeur donnent en alleu au Temple le manse et cinq pièces de terre qu'ils possédaient dans le terroir de Valségurier, et reçoivent de lui une aumône de 55 sous ug.

Source : Douzens-B49, p. 227-228.

Anno .M.CLXVIII. Incarnationis Domini, .V. feria, .V. kalendas septembris, rege Lodoyco regnante. Ego Petrus Berengarius de Archas et Amelius meus frater et uxores nostre omnesque infantes nostri, et ego Bernardus Rossel et mei infantes, [fol. 53] Johannes et Udalgerius, et uxores et infantes illorum, et ego Petrus Gili et fratres mei, Bernardus et Ugo, et soror nostra, Ricsen, omnes nos prenommati in unum damus et laudamus domino Deo et beate Marie et militie Templi Jherosolimitaniet tibi Petro de Sancto Johanne, Isarno, fratribus et servis milicie

Templi propedicti, omnibusque aliis fratribus presentibus et futuris in eadem militia Deo servientibus, ipsum mansum quem habemus et habere debemus in terminio de Vilario Sigario cum omnibus suis tenenciis, cum exitibus et regressibus suis; et affronta de altano in honore quem tenet Rainardi de Monzano, a meridie similiter, de cercio in ipsa nostra hereditate et in reco, de aquilone in casale. Iterum donamus Deo et vobis fratribus militiae jamdicte .V. petias terrarum in eodem terminio; quarum prima affronta de altano in reco Vilario Sigario, a meridie in riparia Besauco (a), a circi in terminio Sancto Stephano, de aquilone in honore militiae et Rainardis; alia terra est ad combam Badencam, et affronta de altano in honore quem tenet Rainardi, de meridie in serrad, a cerci in terminio Sancti Stephani, de aquilone [fol. 53 v°] in estrada de Muscaloni; alia petia est ad collum de Signata, et affronta de altano in honore militiae et de hominibus de Subrancaco (b) et Stephani Bartolomei, a meridie in podio et in honore Templi, a circio in filum de comba de Bosco Borrel, de aquilone in honore quem tenent Porcelli de Monzano et in serrad de ipsa Scodalada; alia terra est ad Argudels, et affronta de altano in reco, a meridie et cerci in honore Stephani Bartolomei, de aquilone in honore militiae; quinta petia terre est in ripariam de Besaleuco, et affronta de altano et cerci et aquilone in honore Stephani Bartolomei, a meridie in riparia de Besaleuco. Et nos donatores prescripti solvimus, laxamus hac desamparamus vobis totum illum honorem quem habemus et habere debemus infra ipsum vestrum honorem. Quantum infra illas affrontationes ulla ratione et voce habemus et habere et tenere debemus, totum damus et laudamus Deo et vobis fratribus militiae, ad habendum et tenendum et ad omnem voluntatem vestram faciendum atque in perpetuum pro vestro proprio jure et alodio possidendum [fol. 54]. Quod donum facimus vobis in nostrorum remissionem peccatorum et remedio patrum ac matrum nostrorum. Si vero homo aut femina ipsum donum vel honorem vobis amparaverit, nos predicti donatores et posterii nostri erimus Deo et vobis sine inguanno guirenti. Et cognoscimus quia nunc de elemosinis militiae prefate dedistis nobis .LV. solidos ugonencos. Hujus rei sunt testes: Sicfredus de Favere et Petrus filius ejus et Bernardus Sicfredus et Raimundus cappellanus de Villa Trols et Bernardus filius Sarracene. Quorum jussu et predictorum donatorum Poncius de Subiraz hoc scripsit.

(a) Corriger : Besaleuco. — (b) Lire : Subranciaco.

75

1169, 28 août

Ricsen (Ricsendis), fille de feu Bérenger d'Arques, et les siens donnent au Temple une pièce de terre appartenant au terroir de Valségurier, et reçoivent de lui une aumône de 5 sous ug.

Source : Douzens-B50, p. 228.

Anno .M.C.LX.VIII. Incarnationis dominice, .V. feria, .V. kalendas septimbris, rege Lod[ovico] regnante. Ego Ricsendis, filiam Berenguarii de Archas qui fuit, et maritus meus Petrus Arnaldus omnesque infantes nostri, donamus et laudamus domino Deo et beate Marie et militiae Templi Jherosolimitani, et tibi Petro de Sancto Johanne atque Ysarno, fratribus et servis militiae Templi propedicti [fol. 54 v°] omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, unam peciam terre quam habemus et habere debemus in terminio de Vilario Sigario, que affronta de altano in ipso reco de Vilario Sigario, de meridie in guarrigua, de cercii et de aquilone in honore Berenguarii de Arcas et de suis pariis. Quantum infra illas affrontationes ulla ratione et voce habemus et habere debemus, totum donamus et laudamus Deo et vobis fratribus militiae Templi prescripti, ad habendum et tenendum et ad omnem voluntatem vestram faciendum atque in perpetuum pro vestro proprio jure et alodio

possidendum ; quod donum facimus vobis in nostrorum remissionem peccatorum et remedio animarum patrum ac matrum nostrarum. Si vero homo aut femina jam dictam peciam terre vobis anparaverit, nos predicti donatores erimus Deo et vobis sine inguanno guirenti. Et cognoscimus quia nunc de elemosinis militie prefate dedistis nobis .V. [fol. 55] solidos ugonencos. Hujus rei sunt testes : Sicfredus de Favere et Petrus filius ejus et Petrus Raimundus. Quorum jussu et Ricsendis et mariti ejus Arnaldi et infantum eorum Poncius de *Subiraz* hoc scripsit.

76

1169, 4 septembre

Sicard de Rieux donne aux frères du Temple tout ce qu'il possédait dans le terroir de Molières et reçoit d'eux une aumône de 12 deniers melg.

Source : Douzens-B53, p. 230-231.

[fol. 57] Anno (2) .M.C.LX.VIII. Incarnationis Domini, .V. feria, .11. nonas septembris, rege Lodovico regnante. Ego Sicardus de Rivo dono et laudo Deo et beate Marie et militie Templi Jherosolimitani et tibi Petro de Sancto Johanne atque Isarno, fratribus militie predicte, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, totum hoc quod habeo et habere debeo in terminio de Moleria; terminum illud protenditur : affronta de altano in terminio de Beteria et in Monte Alto, de meridie in serram de Torna Mantello, a cerci in terminio de Cauce et in Torrozela (a), de aquilone in terminio de Curtibus et Sancto Stephano; quantum infra illas affrontationes habemus et habere debeo (b), totum dono et laudo Deo et vobis fratribus militie prescripte, ad habendum et tenendum et ad omnem voluntatem suam in perpetuum ibi faciendum atque proprio jure et alodio vestro (c); quod donum facio vobis in remissione meorum peccatorum [fol. 57 v°] et remedio anime patris ac matris mee. Si vero homo aut femina ipsum donum vel honorem vobis amparaverit, ego et posteri mei ero vobis sine inguanno guirenti. Et cognosco quia nunc de elemosinis militie prefate dedistis mihi .XII. deners melg. Hujus rei sunt testes : Petrus filius Sicfredi de Favere et Raimundus cappellanus de Vila Tritulfo et Petrus clericus. Quorum jussu et Sicardi Poncius de *Subiraz* hoc scripsit.

77

1169, 24 novembre

Gilles fait don à la milice du Temple, avec le consentement de son père, de sa personne et de l'« honneur » qu'il avait dans le terroir de Cabriac.

Source : Douzens-A7

In Dei nomine. Manifestum sit omnibus scire volentibus quod ego Egidius, in mea juventute et in mea bona memoria et in meo bono sensu, pro amore Dei et anime matris mee et in remissione peccatis meis et anime parentorum meorum, et cum consilio patre meo Bernardo Egidio de Canelis, gratis et sine forcia sed mea spontanea voluntate et cum voluntate patre meo predicto, dono memetipsum scilicet meum corpus et anima in morte sive in vita domino Deo et sancte Marie et omnibus sanctis; dono me ipsum et omnem meum honorem et sancte militie Templi Salomonis Jherosolimitani et tibi Petro de Sancto Johanni, magistri honoris militie

Carchassensis et Redensis et magistri ma-[fol. 10]-jori, et in presencia Johanni de Silva, comendatori domus de Dozencs, et fratribus scilicet Bernardo de Mairacho et Johanni de Villa Rubia, et in presencia Arnaldi de Carreira, fratri et comendatori domus de Pipionx ; quibus fratribus predictis presentibus et futuris et omnibus fratribus et magistris miliciam Deo promitto et convenio esse obediens domus Templi militie predictae pro amore Dei et anime patris et matris mee et in remissione peccatis nostris et parentorum nostrorum. Et cum me ipso dono omnem meum honorem predictae militie Deo ; et est iste honor in terminio de Cabriaco, scilicet .IIII. pecias terrarum et unam peciam vinee, et unum localem in villam de Cabriacho in quo possumus facere duas mansiones unamquemque de tres brasca; una quarum pecia terra est ad Fonte Godini et affronta de altano in terra Petri Sachet qui fuit, a meridie in terra Bernardi de Albariis et fratri ejus, a circi in via, de aquilone in terra Sancte Marie; et alia pecia terra est ad Podio Lato et affronta de altano in terra Petri Udalgerii, a meridie in terra Bernardi Guillelmi, a circi in terra Berengarii de Pratis, de aquilone in terra Petri de Canelis; alia terra est ad Podii Aurioli et affronta de altano in terra Ermengau de Rocca Negada qui fuit, a circi similiter, a meridie in rego, de aquilone in terra Berengarii qui fuit, et de ista terra est medietatem nostram; et ad villam predictam unam ferraginem et affronta de altano in terra Berengarii qui fuit, a meridie similiter, a circi in via, de aquilone in terra Ermengaudi de Rocha Negada; et vineam predictam est ad Falidiam et affronta de altano in terra de Fidas, a meridie in vinea Fidas, a circi in vinea Sancti Cipriani, de aquilone in via; et est istum predictum honorem omnem integritate alodem. Et sicut ab istis omnis [fol. 10 v°] affrontationibus includitur istum predictum honorem, sic ego Egidio jamdicto dono earn et me ipsum in morte et in vita domino Deo et sancte militie predictae et universis fratribus conversantibus presentibus et futuris in militiam Deo servientibus, bene et sine omni inguanno et absque ulla retinencia et reservatione sicut melius dici vel intelligi potest omni tempore, sub tali conveniencia ut, si ego jamdictus Egidius per malam cogitationem vel per malam voluntatem vel per vim de amicis vel parentis meis volebam me separare de militie predictae, jamdictus honor remaneat omni tempore in predicta militia sine omni inguanno (a); et si omo aut femina aliquid in predictum honorem vobis fratribus militie anparaverit, ego Bernardus Egidius ero vobis et domum militie bonum guirenti sine omni inguanno. Et sic istam carta firma et stabilis permaneat omni tempore, que facta est .VIII. kalendas decembris, feria II. anno M°. C° LX° Villi. incarnate dominice, regnante Lodoico rege. Hujus rei sunt testes et firmatores : Guillelmus de Aqua Viva cappellanus de Dozencs et Raimundus Berengarius presbiter et Guirallus de Angulis et Poncius Bernardi et Ugonis Ademarii. Guillelmus de Palatio hanc cartam scripsit.

(a) onmiguanno *dans le texte.*

78

1169, 19 novembre

Dame Alazaïs (Aladaidis), fille de feu Bertrand de Roquenégade, son mari et ses enfants donnent en alleu aux frères du Temple un « honneur » dans le terroir de Roquenégade, et reçoivent d'eux en aumône un muid de froment (triticum) et 6 sous ug.

Source : Douzens-A90, p. 87-88.

Anno ab Incarnatione Domini .M.C.LX.VIII. Ego Aladaidis domina, filia qui fuit Bertrandi de Rocha Negada, et ego Arnaldus de Barbairano mariti ejus atque omnes infantes nostri, scilicet quam hodie habemus vel ab ista die in antea habuerimus, insimul donatores sumus Deo et sancte Marie et sancte militie Templi Jherosolimitani et tibi Petro de Sancto Johanni, magistri honoris

militie que modo suntin vicecomitatu carchassensis et redensis et tibi Petro de Paderno, comendatori domus Sancti Johannis de Carreira⁽¹⁾, et omnis aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus. Donamus Deo et vobis fratribus militie pro amore Dei et sancte Marie et in remissione animas patris et matris nostre et in remissione peccatis nostris et parentum nostrorum ; donamus vobis fratribus predictis et sancte militie Deo de honore nostro que est in terminio de Rocha Negada ad collo de Artiguas ; et affronta de altano in collo de Campellis et in cingle, a meridie intus comba et in via de Cauna dextrale, a circi et aquilone in serras. Sicut ab istis .IIIIor. affrontationibus includitur ista honore, sic donamus earn Deo et sancte militie Deo pro alode omni tempore sine omni inguanno et sine omni malo ingenio [fol. 66 Vo]. Et propter hunc donum accepimus a vobis fratribus militie, scilicet a te Petro de Padern, de elemosimis militie predicte unum modium tritici ad mensuram rectam Carchassone et VI. solidos ugonencos, tali pacto ut ipsam honorem predictam habeatis et teneatis et omnem voluntatem vestram deinde faciatis; vobis et omnis aliis fratribus militie et nos neque infantes nostri neque aliquis per nos in ista honore aliquid non requiramus nec requirere faciamus per nos neque per aliquam personam interpositam nunc neque in perpetuum. Et si ullus omo aut femina aliquid in ipsa honore vobis anparaverit, nos donatores erimus Deo et sancte militie et fratribus bonum guirenti sine omni inguanno, et sic ista carta firma et stabilispermaneat omni tempore. Que facta est .XIII. kalendas decembris, feria .IIII., regnante Lod[ovico] rege. Sig.+m^(a) Aladaidis domina et mariti ejus Arnaldus de Barbairano, qui hanc donum fecerunt et cartam scribere mandaverunt et subdictos testes firmare rogaverunt. — Sig.+m Petri Raimundi de Alarico. — Sig.+m Raimundi de Monte Irato. — Sig.+m Ugonis de Rocha. — Sig.+m Raimundi de Guavart. — Sig.+m Guillelmi Jordani. — Sig.+m Raimundi Stephani. — Sig.+m Raimundi Rossinioli. — Guillelmus scripsit jussione Aladaidis predicte et mariti ejus Arnaldus et supradictis testibus.

(1) Note marginale du xvie siècle : De Carriera.

(a.) Les croix sont cantonnées de quatre points.

79

1169, 9 décembre

Alazaïs (Aladaicia) Xatmara, ses enfants et son gendre vendent au Temple trois pièces de terre dans le terroir de Cabriac, pour 104 sous melg. — Serment de Gaviosa.

Source : Douzens-A22, p. 34-35.

[fol. 20 v°] Anno ab Incarnatione Domini .M.C.LX.VIII., rege Lod[ovico] regnante, .V. idus decembris, feria. III. Ego Aladaicia Xatmara, filiam (b) qui fuit Petri Raimundi de Albars, et infantes mei Poncius Xatmar et Stephanus et filia mea Gavioda, et vir ejus Petrus Catáu, donamus et laxamus Deo et sancte Marie et militibus Templi fratribus presentibus et futuris tres pecias terrarum in vicecomitatu carcassensis in terminio de Cabriac; et est una ad fonte Godini et affronta de altano in honore Petri Sachet qui fuit, a meridie in honore Ermengaudi de Rocha Negada qui fuit, a circi in via, de aquilone in honore militie; alia est ad condamina et affronta de altano in honore Raimundi Isarni, a meridie in honore Ermengaudi de Rocca Negada, de aquilone similiter, a circi in via; et alia est in eodem loco et affronta de altano in honore Raimundi Isarni, a meridie in honore Rogerii de Cabriacho, a circi in via, de aquilone in honore Ermengaudi de Rocha Negada. Sicut superius est scriptum, sic donamus nos vobis et laxamus et vendimus totum quantum ibi habemus et habere debemus, scilicet propter .C.III. solidos melg. Bonos et rectos, mittibiles hac percurribiles ; et sic predictum onorem vendimus

et damus et derelinquimus totum quantum ibi habemus et habere debemus, in presencia quorum (c) Petri Sancti Johannis, magister carcassensis ac redensis, et Johanni de Silva et Bernardi de Mairacho et de alios, ut habeatis et teneatis et omnem vestram voluntatem inde fatiatis in perpetuum. Sed si homo aut femina in predictam vinditionem vobis aliquid anparaverit, nos donatores et venditores erimus vobis guirenti sine inguanno. Et ego Gaviosa juro super sancta .1111. Evangelia, ut aliquem non requiram nec requirere fatiamus amplius, et fecero vobis habere et tenere in perpetuum [fol. 21], et sic ista carta sit semperfirma sine inganno. — Si. +.m Poncii de Palajano cappellani. — Sig.+m Guillelmi de Mata. — Sig.+m Raimundi Iterii. — Sig.+m Poncii Alaric. — Sig.+m Bernardi Alaric. — Stephanus de Mairacho hanc cartam scripsit.

80

1170, 11 avril

Guilhelma donne aux frères de la milice tout ce qu'elle possédait dans le terroir de l'Ourtigue, et reçoit d'eux une aumône de 12 deniers ug.

Source : Douzens-B56, p. 233.

[...]

Ego Guillelma, filia Arlota femina que fuit, dono et laudo

[...]

totum hoc quod habeo et habere debeo in terminio de Urageto (a); quod terminum affronta de altano in podio de Monte Alto et in terminio de Beteria, de meridie in serram de Torna Mantello, de circio in terminio de Cauce et in Torrozela, de aquilone in terminio Sancto Stephano et de Curtibus;

[...]

Hujus rei sunt testes : Sicfredus de Favere et Bernardus de Villa Tritols filius Sarracene et Petrus clericus de Archas. Quorum jussu et predictae Guillelme, Poncius de Subiraz hoc scripsit.

81

1170, 29 août

Bernard de Domneuve, Roger de Domneuve et leurs familles, Pierre de Domneuve chapelain et Guilhem de Domneuve, chapelain de Lanet donnent en alleu aux frères du Temple le champ de « Dozone », moins les poiriers qui s'y trouvent.

Source : Douzens-A94, p. 91-92.

Anno .M.C.LXX. Incarnationis dominice, sabbato, .1111. kalendas septimbris, rege Lodoico regnante. Notum sit omnibus hominibus quod ego Bernardus de Domo Nova et filia mea Galiana et mariti ejus Raimundus Matfedi^(a) et infantes eorum, et ego Rogerius de Domo Nova et uxor mea Aladaidis omnesque infantes nostri, et ego Petrus de Domo Nova cappellanus, et ego Guillelmus de Domo Nova, cappellanus de Laneto, nos omnes prenominati in unum donamus et laudamus domino Deo et beate Marie et honorabili militie Templi Jherosolimitaniet tibi Arveo de Monte Aragone [fol. 69] et tibi Isarno et Petro de Paderno, fratribus et servis militie Templi propredicti, omnibusque aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem

militia Deo servientibus illum campum de Dozone, qui affronta de altano in honore hominibus de Rivo et Bernardi de Villa Flurani et Raimundi, fratris ejus, a meridie et circi in honore Bernardi de Villa Flurani et Raimundi, fratris sui, de aquilone in honore filia mea Galiana. Sicut iste. IIIIor. Affrontationes includunt, sic totum illum campum, excepto illos pirarios quos ibi sunt, donamus et laudamus Deo et vobis fratribus militie Templi prescripti, ad habendum et tenendum et ad omnem voluptatem vestram ibi fatiendum atque in perpetuum pro vestro proprio jure et alodio possidendum. Et si aliquis vel aliqua haliquid emparaverit vobis in jamdictum campum, nos donatores predicti et posterii nostri erimus Deo et vobis fratribus sine inguanno guirenti. Hujus rei sunt testes Sicfredus de Favere et Ugo Sachet et Raimundus cappellani de Villa Tritulpho et Petrus de Turno Exarni et Udalguerius cappellanus de Domo Nova. Quorum jussu et de omnibus predictis donatoribus Poncius de Subiraz hanc cartam scripsit die et anno prenotato.

(b) Corriger : Matfredi.–

82

1170, 10 septembre

Bernard de Fontiès et sa famille vendent aux frères du Temple l'« honneur » qu'ils avaient à Cerdaniola, dans le dîmaire de Peyremale, pour 200 sous melg.

Source : Douzens-B51, p. 229.

[...]

omnem honorem quem habemus et tenemus et habere et tenere debemus in terminio de Cerdaniola que est in decimale de Petra Mala; terminum illud de Cerdaniola affronta de altano in terminio de *Cadoal*, a meridie in terminio de Petra Mala, [fol. 55 v^o] a cerci in Monte *Auriol*, ab aquilone in acumine serre.

[...]

83

1172 (n. st.), 18 mars

Pierre de Domneuve, chapelain de Saint-Paul de Narbonne, donne à la milice du Temple, avec le consentement de ses frères, une pièce de terre alodiale qu'il possède dans le terroir de Domneuve.

Source : Douzens-A114, p. 106.

Anno ab Incarnatione .M.C.LXXI. Ego Petrus de Domo Nova, cappellanus Sancti Pauli Narbone, cum consilio fratribus meis, scilicet Guillelmi et Rogerii de Domo Nova, donator sum Deo et beate Marie et militie Templi Salomonis Jherosolimitani et tibi Arveo, magistro honoris militie carcassensis et redensis, et tibi Petro de Padern, comendator domus Sancti Johannis de Careira, et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris⁽¹⁾ in eadem militia Deo servientibus, unam peciam terre quam habeo per alode in terminio de Domo Nova in loco vocato Campo Malo; et aff[r]ronta de altano in ipsa hereditate, a meridie in boscho, a circi in honore senioris de Claro Monte, de aquiline in via. Sicut ab istis .IIII. affrontationibus includitur ista terra, sic dono earn Deo et militie jamdicte et vobis fratribus presentibus et futuris pro amore

Dei et in re-[foL 78]missione peccatis meis et anime patris et matris mee et omnium parentorum meorum, ut Deus dimittat me et illis negligenciis nostris et perducat nos ad vitam eternam. Amen. Et si homo aut femina aliquid ibi vobis anparaverit, ego et fratribus meis erimus Deo et vobis fratribus militia jamdicte guirenti sine omni inguanno. Actum est hoc .XV. kalendas aprilis, feria .VII., regnante Lod[ovico] rege. — S. Petri de Domo Nova, qui hoc donum fecit et hanc cartam scribere et testes ifrmare rogavit. — S. Poncii Gariberti. — S. Franc presbiter. — S. Raimundus de Berriaco levita. — Guillelmus de Palatio scripsit ⁽²⁾.

(1) Note marginale du XVI^e siècle : Sancti Johannis de Carreria.

(2) La fin du feuillet 78 r^o et les feuillets suivants jusqu'au feuillet 87 sont blancs. Dans la partie du feuillet 78 restée inemployée, d'une ecriture du XIII^e siècle : omnia instrumenta predicta pertinent ad domum de Carreria.

84

1172, septembre

Acte du déguerpissement du château de Montlaur par Roger, vicomte de Béziers, à Arnaud, abbé de Lagrasse, pour 2000 sous de melgoriens.

Source : Lagrasse II-55, p. 57.

INDIQUÉ : Inventaire de 1668, M. 1^e layette, 5^e liasse, 9^e charte. – Mahul, t. II, p. 555, d'après un « factum pour Mr Bourlemont », p. 8 [Louis IV d'Anglure de Bourlemont, abbé de Lagrasse du 16 novembre 1670 au 9 novembre 1697].

85

1172, 14 octobre

Raimond de Rieux et les siens donnent au Temple ce qu'ils possédaient dans le terroir de Peyremale, à l'exception des dîmes du blé et du vin. Raimond de Rieux se donne lui-même à la milice avec ses chevaux et ses armes, moyennant une rente viagère de 10 setiers de « blad », 6 setiers d'orge et 4 setiers de froment à chaque moisson tant qu'il mènera la vie séculière, et il reconnaît que le Temple a libéré l'« honneur » donné d'un gage de 165 sous melg.

Source : Douzens-B75, p. 247-248.

[fol. 76] Anno (2) ab Incarnatione Domini .M.C.LXXII. Ego Raimundus de Rivo et filius meus Ugo, et Bernardus Raimundi et uxor mea Ermaengarda atque omnes alii infantes nostri, Guillelmus et Raimundus et alii, gratis et bono animo donamus domino Deo et militie Templi Salomonis Jherosolimitani et magistro majori et tibi Arveolo, magistro honoris militie que modo sunt in vicecomitatu carchassensis et redensis et fratri Ysarno et Arnaldo de Carreria et omnibus aliis (a) fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo famulantibus, hoc quod habemus vel habere debemus in terminio de Petra Mala ultra aquam Besaleuchi ex parte aquilone; et affronta de altano in collum Cadovallis et ad radicem coste Clariane, a meridie in aqua de Besaleucho, a circio in terminio Sancti Stephani Mansi, de aquilone in terminio de Cerdaniola [fol. 76 v^o] et de Superantiaco. Sicut superius scriptum est et a jamdictis affrontationibus includitur, sic donamus Deo et supradicte militie totum, preter decimas de blado et de vino; et si fatietis curtale vel pargale in predicto terminio, non detis (b) decimum de carnale nec de caseos neque de lana. Et insuper ego Raimundus de Rivo dono me ipsum Deo et militie predictae, ut accipiatis me cum supradictum donum, cum meum eque et cum meas armas; tali pacto ut donetis mihi vel quantum ego maneat in hoc seculo .X. sextaria de blado,

VI. sextaria ordei et .III. sextaria frumenti per messes; et post obitum meum vel quando desamparabo me de hoc seculo, predictum honorem et bladum sit totum de predicta militia. Et est verum quod predictum honorem est in pignora propter centum .LXV. solidos [fol. 77] melg., et vos desliberatis earn. Et sic ista carta firma et stabilis permaneat omni tempore. Que facta est .II. idus octobris, feria.VII., regnante Filippo (a) rege. Testes et firmatores hujus rei sunt : Sicfredus de Faveriis et Petrus de Faveriis et Raimundus Ferrandi et Guillelmus Patolli et Petrus Martini. Quorum jussu et Raimundi de Rivo predicti et Ermengarde, uxoris ejus, ac infantum eorum. Guillelmus de Palatio scripsit.

86

1173, 9 février

Raimond de la Gleisa (de Ecclesia) et les siens vendent aux frères de la milice, pour 18 sous ug., tout ce qu'ils possédaient dans le terroir de Peyremale.

Source : Douzens-B80, p. 251.

In nomine Domini. Notum omnibus sit quod ego Raimundus de Ecclesia et uxor mea Clarmonda nostrique infantes venditores sumus tibi Alveo, magistro militie et de domo de Curtibus,

[...]

S. Raimundi de Ecclesia et uxoris ejus. — S. Petri Berengarii et Amelii, fratris ejus, et Raimundi Rogerii de Archis. — In presencia et in videncia quorum et jussu Raimundi de Ecclesia, Guillelmus Rogerius hanc cartam scripsit .V. idus febroarii, feria .VI., anno .M.C.LXXIII. Incarnationis dominice, regnante Lodovico rege.

87

1173, 9 février¹

Pierre de Cadoual, sa femme, ses cousins et cousines vendent à la milice du Temple ce qu'ils possédaient entre les chemins de Peyremale et Villèle, pour 12 sous ug. et un setier d'orge.

Source : Douzens-B78, p. 250.

In nomine Domini. Notum omnibus sit quod ego Petrus de Cadoual, qui fui filius Bernardi Sicfredi qui fuit condam, et uxor mea meique consubrines, Bernardus Sicfredi et fratres ejus, Sicfredus et Guillelmus, et Guillelmus de Ulmo et sorores ejus, venditores sumus tibi Alveo, magistro militia et de domo de Curtibus, et servis et ministris ejusdem militie domusque predictae, Ysarno et Petro de Scampno et aliis presentibus et futuris, omne quod habemus et tenemus et ulla voce habere debemus infra via de Petra Mala et via [fol. 80] de Vilela, quicquid infra illas vias nos nostrique genitores dudum aliqua voce habuimus et tenuimus sine ullo retentu, propter .XII. solidos ugonencos et unum sextarium ordei, ut habeatis et teneatis illud totum in perpetuum vos et successores vestri; sicuti melius dici vel intelligi potest, ita in potestate vestra totum tradimus ad quicquid infra illas vias (a) ad vestrum libitum facere volueritis; et si magis valet nec valebit quam supradictum precium, nos boni animi et gratis vobis et successoribus vestris illud ita tradimus quiete in pace. Et si ullus homo vel femina de tenencia quod ibi tenuimus et patres nostri antequam aliquid vobis amparaverit, nos venditores semper abitantibus illius domus guirenti sine inganno erimus. — S. Petri de Cadoual et uxoris

ejus et consobrinorum ejus, Bernardi Sicfredi et Sicfredi (b) et Guillelmi de Ul-[fol. 80 v°]-mo. — S. Petri Berengarii de Archis et Raimundi Rogerii et Guillelmi Amelii de Archis. — In presencia et in videntia quorum et jussu Petri de Cadoual, qui vocatur de Pradelis et Bernardi Sicfredi et Guillelmi de Ulmo, Guillelmus Rogerius hanc cartam scripsit, .V. idus febroari feria VI., anno .M.C.LXX.III. Incarnationis dominice, regnante Lodovico rege.

(a) Dans le texte, villas avec les deux l exponctués. — (b) Sicfredi répété et exponctué.

1- La concordance du 9 février avec un vendredi s'observe bien en 1173. Le millésime a donc changé avant cette date : le style employé par le rédacteur de l'acte est soit celui de Noël, soit plus vraisemblablement celui de l'Annonciation selon le calcul pisan.

88

1174 (n. st.), [1, 8, 15, 22] février

Chinberga et ses enfants vendent à la milice du Temple ce qu'ils possédaient dans le terroir de Valséguier, le long de la Lauquette, et un champ dans le terroir de Fajac, le tout pour 33 sous 1/2 ug., 2 setiers de froment et 2 setiers d'orge.

Source : Douzens-B60, p. 235-236.

In nomine Domini. Verum notumque omnibus sit quod ego Chinberga, uxor Arnaldi Seguini de Cadoual meique infantis, Guillelmus Raimundus et Aladaitia, et uxor ejus vocata Aladaitia, venditores sumus tibi Alveo, magistro militie et de domo de Curtibus et servis et ministris ejusdem militia domusque predictae, Ysarno et Petro de Scampno et aliis presentibus et futuris, omne quod habemus et ulla voce habere debemus de terminio Vilario Sigario, sicuti riparia de Bedaleuco ascendit usque ad roca de Clariana et usque ad collum [fol. 62] de Cadouale cultos et incultos, et iterum unum campum in terminio de Fajac, et affronta de altano in terra Petri Arnaldi, de meridie in terra Petri Guitardi, de cercio in terra Guillelmi de Curtibus et Petri Arnaldi, de aquilone in nostra ereditate, propter .XXX. III. solidos ugonencos et dimidium, et propter .II. sextaria frumenti et .II. sextaria ordeï, ut habeatis et teneatis totum vos et successores vestri in perpetuum sine ullo retentu quemibi non facimus, preter hoc quod tenemus de Sarracina et de suis infantibus, quibus de aliquibus locis agrarium detis. Ac ut melius dici vel intelligi potest, ita in potestate vestra totum tradimus ad quicquid in illis locis ad vestrum habitum facere volueritis ; et si magis valet vel valebit quam supradictum precium, nos boni animi et gratis vobis et successoribus vestris ita tradimus quiete in pace. Et si ullus homo aut femina per nos vel per ingenium nostrum ex nostra progenie aliquid ibi amparaverit, nos venditores semper habitantibus illius domus guirenti [si]ne inganno erimus. — S. Chinberge jamdicte et infantum ejus, Guillelmi Raimundi et Aladaitie. — S. Johanni Rosselli de Archis et Petri de Pradellis de Cadoual et Guillelmi de Fonte de Claro Monte et Gaucelmi de Cane Penso et Sicfredi, filii Raimundi Sicfredi de Cadoual. In presentia et in videntia quorum et jussu Guillelmi Raimundi et sue sororis Aladaitie, Guillelmus Rogerius hanc cartam scripsit, in mense febroarii, feria .VI., anno .M.C.LXX.III. Incarnationis dominice, regnante Lodovico rege.

1174, 11 mars¹

Guilhem Agnet d'Arques et sa soeur Serena, avec le consentement de Sicard leur cousin, vendent pour 6 sous ug. la moitié de deux champs situés dans le terroir de Peyremale à la milice du Temple, qu'ipercevera la moitié des agriers et remettra l'autre moitié aux seigneurs de Clermont.

Source : Douzens-B81, p. 252.

In nomine Domini. Notum omnibus sit, quod ego Guillelmus Agnetis de Archis et soror mea, Serena, cum consilio et voluntate Sicardi, nostri consobrini, venditores sumus tibi Alveo, magistro mili-[fol. 82 v°]-cie Templi et domus de Curtibus, et tibi Isarno et Petro de Scauno et omnibus successoribus illius domus, omnia quecumque habemus et habere debemus in terminio de Petra Mala, videlicet medietatem duorum camporum; quorum unus affronta de altano et de meridie in vestro honore, de cercio in Podium Fossorum, de aquilone in via publica; alia affronta de altano et a meridie in tenencia Raimundi de Fonte, de circio in *reg*, de aquilone in vestro honore. Et si magis mee rectitudinis ibi invenire potueritis, totum vobis vendimus propter .VI. solidos *ugonenc*, ut habeatis et teneatis ibi omnem nostram rectitudinem vos et successores vestri in perpetuum, et unam partem agrairorum de ipsis campis vos et successores vestri semper accipiatis et aliam dominis de Claro Monte fideliter detis. Ac ut melius intelligi potest, sine ullo retentu in potestate vestra tradimus, [fol. 83] ad quicquid in eis et ex eis a modo ad vestrum libitum facere volueritis. Et si magis valent nec valebunt quam supradictum pretium, nos gratis absque ullo nostro retentu vobis vendimus et tradimus. Et si ullus homo vel femina aliquid inde vobis amparaverit, nos vobis et successoribus vestris semper guirenti sine inganno erimus. — S. mei Gillelmi Agnetis meeque sororis Sirene, qui hanc cartam Guillelmo Rogerio scribere jussimus, testesque firmare rogavimus. — Et hii sunt : Sicardus, noster consubrinus, et Petrus Berengarius et Raimundus Rogerius et Sicfredus Rogerius et Poncius *Mascot*. In presencia et in videntia quorum hec carta facta fuit, .V. idus marcii, feria .11., anno .M.C.LXX.III. Incarnationis dominice, regnante Lodovico rege.

1- En 1174, le 11 mars tombe bien un lundi. Le millésime a donc changé avant cette date : le scribe rédacteur de l'acte a utilisé soit le style de Noël, soit plutôt le style de l'Annonciation, selon le calcul pisan.

1174, 29 septembre¹

Arnaud de Villelaur reconnaît qu'il a vendu pour 300 sous melg. l'« honneur » qu'il possédait dans le terroir de Peyremale et retenu à tort la cartam hereditariam de cet « honneur ». Il la restitue au Temple, reçoit de lui 100 sous melg. en aumône, confirme la vente antérieure et prête serment de la respecter toujours.

Source : Douzens-B77, p. 249.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo .CLXX.III., .11. feria, .111. kalendas octobris, [fol. 78 v°] rege Lod[ovico] regnante, civitati que dicitur Carchassona Rogerio de Biterri proconsule dominante. Ego Arnaldus de Villa Lauro cognosco bona fide per me et per omnes posteros meos, quia dudum vero vendidi fratribus militie Templi Salomonis omne hoc quod habebam et

habere poteram in toto terminio qui vocatur Petra Mala, scilicet dominicaturas, quartos, taschas, agrerios et alia terra merita, boscus, garrigas, aquas, exitus atque reditus, prata, pascua, dominationes atque omnia alia jura mea sive accident mihi ex jure aut ex consuetudine in omni terminio antedicto de Petra Mala, preter decimam; et est verum quia propter hoc dederunt mihi fratres militie prefate .CCC. solidos melg. bonos et rectos; nunc autem non juste, sed quia retinui tunc male cartam hereditariam meam de illo honore, et illam modo tibi Arveo et Bernardo de Rocafort [fol. 79] atque Isarno, fratribus militie prefate, eddo, centum solidos melg. bonos de elemosinis fratrum militie prefate accipio; quam venditionem predicti honoris nunc et in eternum ratam manere confirmo. Honor ille affronta de altano in terminio de Cadouale et de Archis, ex meridie in terminio de Faveriis et Sancti Stephani de Valle, de circio in terminio Sancti Stephani et in terminio de Curtibus, ab aquilone usque in serram. Quantum infra illas affrontationes umquam habui et tenere et habere potui, totum laudo et insuper dono gratis et bona fide et intentione fratribus omnibus militie prefate, ita ut a modo totum habeant et teneant atque in perpetuum pro suo plenario jure et alodio possideant ; et hoc non movebo neque ut fiat ingeniabo per hec sancta Dei Evangelia. Omne hoc superius est dictum, fuit actum in presencia domni Ottonis, Car-[fol. 79 vo]- chassone episcopi et Berengarii cantoris, illius nepotis, et Arnaldi de Carcassona et Petri Guillelmi et Guillelmi Stephani et Arnaldi Gaufredi et Poncii Teolerii et Raimundi Arnaldi Barbe Brune. Quorum omnium jussu et Arnaldi de Villa Lauro, Arnaldus de Clairano hoc scripsit, die et anno quo supra.

1- Sans doute erreur du copiste, car le 29 septembre tombe un dimanche en 1174, un samedi en 1173. Il faut probablement lire: II Kalendas octobris (30 septembre).

91 1175, 29 mai

Raimond Ysarn et les siens échangent avec le Temple 10 pièces de terres situées à Cabriac, contre 3 pièces de vignes, 2 de terres, et un jardin, le tout en alleu.

Source : Douzens-D18, p. 292-293.

A. Original : Arch. Haute-Garonne, H Malte, Douzens, 1 (anc. Douzens, liasse 1, n° 21), partie supérieure d'une charte partie par ABC ⁽¹⁾.

Anno ab Incarnatione Domini .M.C.LXXV. Ego Raimundus Ysarni et uxor mea atque omnes infantes nostri, Berengarius et Raimundus et omnes alii simul donamus et excambiamus Deo et militie Templi Salomonis Jherosolimitani, et tibi Arveolo magistro honoris militie qui modo sunt in vicecomitatu carchassensis et redensis, et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, et tibi Bernardo de Mairacho comendator domui de Dozens^(a). Excambiamus Deo et vobis fratribus, cum consilio fratris mei Raimundi de Prexano, .X. pecias terrarum quas habemus pro alode in terminio de Cabriacho, una quarum est ad podio lorici, et affronta de altano et aquilone in ipso honore militie, a meridie in honore Guillelmi Guers, a circio in terra Poncii de Cabriacho; alia est ad ferragines subtus ecclesiam, et affronta de altano et a meridie in ipso honore militie, a circio in honore Guillelmi Aime et de ipsa militia, de aquilone in via; et ad aream Fara unam ferraginem, et affronta de altano et de aquilone in ipso honore militie, a meridie et circio in viis; et aliam ferraginem subtus barreira, et affronta de altano et circio et aquilone in viis, a meridie in ipso honore militie; et una pecia ad viam Bubariis, et affronta de altano in via, a meridie et circi^(b) in ipso honore militie, de aquilone in honore Sancti Cipriani et Gillelmi^(c) Mate; aliam est ad orto^(d) Ugberti et affronta de altano in ipso honore militie, a meridie in rego, a circio in orto^(e) infantum Guillelmi Mantellini, de aquilone in honore homines Redorte; aliam peciam est super ortos, et affronta de altano in

honore militie et in vinea Poncii Oliba, a meridie et aquilone in ipso honore militie, a circio in terra Raimundi Oliba; et alia pecia est ad Collum Dozens, et affronta de altano in podio, a meridie in honore infantum Petri Bubariis, a circio in honore Petri Barroti, de aquilone in ipso honore militie; et ad furnillum qui est juxta aream Petri Roche hoc totum quod ibi habemus, et affronta de altano in cimiterio, a meridie in ipsa aream Petri Roche, a circio in manso qui fuit Guillelmi Blancherii, de aquilone in manso qui fuit Guillelmi Mantellini et est de suis infantibus; alia pecia est ad olivariis Arnaldi Poncii, et affronta de altano et a meridie in honore Bernardi Poncii, a circio et aquilone in ipso honore militie. Sicut superius scriptum est et a jamdictis affrontationibus includitur, predictam honorem ita donamus et excambiamus Deo et militie predictae et fratribus, propter .III. pecias vinearum, et .II. pecias terrarum et propter ortum qui fuit Rogerii de Cabriacho et fratris ejus. Vineas sunt ad Salizia, et affrontant totas de altano in rego de ripas, a meridie in honore infantum Ermengaudi de Rocha Neguada, a circio in ipso honore de me Raimundus Isarni et in vinea Stephani Conil et in honore Sancti Cipriani, de aquilone in vinea quam vobis dividimus et in semitario; terram Caneti affronta de altano in rego, a meridie in ipso meo honore de me Raimundus Isarni, a circio in honore Guillelmi de Cabriacho et Guillelmi Mate, de aquilone in honore Raimundi Udalguerii qui fuit et de suis infantibus; aliam terram est in loco vocato Claosellis (a), et affronta de altano in rego, a meridie et circio in ipso honore de me Raimundi (b) Isarni, de aquilone in honore Sancti Cipriani et Ricsendis Xatberta; et orto affronta de altano in orto Petri Siguerii et in ferragine Guillelmi de Cabriacho, a meridie in ortum de me Raimundi (b) Ysarni, a circio in rego, de aquilone in honore Poncii Fabri et suis fratribus. Sicut superius scriptum est et a jamdictis affrontationibus includitur, ita donamus et excambiamus unusquisque ad alii sine omni inguanno, tali pacto ut unusquisque ex nobis habeamus et teneamus predictos excambis sicuti ut unus ex alii accepimus omni tempore pro alode. Et si aliquis homo aut femina aliquid ibi anparaverit, erimus inde guirentes unusquisque ad alii sine omni inguanno (c), et sic ista carta firma et stabilis permaneat omni tempore. Que facta est .1111. kal. junii, feria V., regnante Lodovico rege. Testes et firmatores hujus rei sunt Guillelmus Aque vive, et Poncius Bernardi, et Raimundus de Caunis, et Guillelmus Parator et Petrus Parator, quorum jussu et Ramundi Isarni et uxoris ejus et infantum eorum, et Bernardi de Mairacho comendator domui de Duzens, GUILLELMUS de PALATIO HANC CARTAM SCRIPSIT.

(a) Ces neuf mots placés avant et omnibus aliis. - (b) circio. - (c) Guillelmi. - (d) ortum. - (e) ortum.

(1) La partie inférieure est dans la liasse 29 (anc. Cabriac, liasse 1, n° 17). Nous en donnons les variantes.

92

1176 (n. st.), 9 février

Guilhem Texier (Textor) et les siens vendent au Temple tout ce qu'ils possèdent dans les terroirs de Peyremale, Mirailles et Valséguiet, pour 41 sous ug. en monnaie octena de Carcassonne. Raimond de Rieux a reçu un forascapium de 12 deniers.

Source : Douzens-B68, p. 241-242.

Anno ab Incarnatione Domini [fol. 69 v°] .M. C.LXXV. Ego Guillelmus Textor et uxor mea, et ego Amel, filius ejus, sororesque mee, nos omnes in unum vendimustibi Arveo, magistro, et Isarno et omnibus aliis fratribus tam presentibus quam futuris, omne hoc quod habemus in terminio de Petra Mala et Miralis, et in terminio de Vilare Sigario. Sicut superius dictum est, sic vendimus vobis totum hoc quod habemus et habere debemus in istis terminis predictis propter .XLI. solidos ugonencos octenos, mettibiles hac percurribiles monete Carchassone. Et

si ullus homo aut femina aliquid ibi amparaverit, erimus inde vobis guirentes boni. — S. Guillelmi Ariberti. — S. Bernardi Stephani et Bernardi Calcagra. — Quorum omnium jussione et Guillelmi Textoris et uxoris ejus et Amelii filii sui sororumque suarum et Raimundi de Rivo [fol. 70] qui .XII. denariis forascapium habuit, Geraldus hanc cartam scripsit, .V. idus februarii, regnante Lodoico rege.

93

1176, lundi 2 août.

Pons de Castello vend à Roger [II], vicomte de Carcassonne, son seigneur, tout ce qu'il a et partage avec son cousin Berenger Ferrand dans le castrum de Rieux (il en a les 7/8° et son cousin 1/8°), en alleu. Sa part lui vient de feu son père Bernard Pons en héritage et d'Ugo son frère, de Bernard de Saint-Julien (part achetée 1200 sous melgoriens), de Guilhem de Caunes [description du contenu de l'honneur]. Il reçoit en contrepartie tout le blé que le vicomte recevait pour l'albergue de la villa de Bouilhonnac.

Source : Trencavel-351, fol. 119-120.
B. Coll. Doat, vol. 168, fol. 131-133v.

De Rivo.

Anno M^oC^oLXXVI^o Incarnationis dominice, II feria, IIII^o nonas augusti, rege Lodovico regnante. Ego Poncius de Castello, gratis et bona fide et intentione, per me et per omnes posteros meos, excambio et vendo et dono vobis Rogerio vicecomiti Carcassone domino meo totum hoc quod habeo in omni honore quem teneo et habeo et divido cum Berengario Ferrando consebrino meo in castro quod vocatur Rivus et in terminis illius, mansorum scilicet et domorum, censuum, usaticorum exituum atque reddituum omniumque servitorum et blandimentorum hominum et feminarum, terrarum et vinearum, pratorum omniumque aliorum terre meritorum, ortorumque aquarum, molendinorum, pascuorum, arborum fructiferorum et fructus non ferentium, dominationum atque omnium aliarum rerum que honor totus tali modo dividitur inter me et Berengarium Ferrandi, cujus honoris VII partes sunt mee et VIII pars est illius, videlicet Berengarii Ferrandi. Quedam pars istius honoris accidit mihi ex hereditate Bernardi Poncii patris mei qui fuit, et Ugonis et Ugonis^a fratris mei et quedam pars evenit mihi ex parte Bernardi de Sancto Juliano a quo eam emendo acquisivi, alia pars contingit michi ex hereditate Guillelmi de Cauna qui fuit. Sicut superius est dictum, sic omni dolo vestro remoto, excambio et vendo omnino et dono vobis totum adhabendum et tenendum et ad omnem voluntatem vestram pro vestro proprio jure et alodio in perpetuum possidendum et si aliqua persona vobis vel vestris ipsum honorem amparaverit, ego et posteri mei erimus vobis guirentes boni. Quem honorem excambio et vendo et dono vobis per totum blat quod vos in unoquoque anno habetis per albergam de villa de Bolonaco et de omnibus illius terminis. Ego Rogerius nutu Dei vicecomes Carcassone, bona fide per me et omnes posteros meos excambio et vendo insuper et dono tibi Poncio de Castello omnique tue posteritati omnem blat antedictum quod in unoquoque anno habeo per albergam de villa de Bolonaco et de omnibus suis terminis, ita ut a modo illud blat totum capiatis et habeatis per quemque annum ad omnem voluntatem vestram ex eo faciendam pro vestro proprio jure et alodio omni tempore possideatis et si aliqua persona vobis vel vestris illud blat amparaverit ego et posteri mei erimus vobis guirentes boni. S. mei scilicet Bernardi de Sancto Juliano qui medietate predicti honoris vendidi Poncio de Castello precio MCC solidos melgoriensium et debeo esse illi guirens bonus. S. Petri archidiaconi et Ugonis de Romegos vicarii Carcassone et Aimeri de Barbairano et Ugonis de Castellon et Berengarii de Lavineria et Raimundi de Rivo et Raimundi de Salsiniano et Espadoti et Arnaldi Morlane et Berengarii

Lucii et Bernardi de Tresmals et Raimundi Lombardi quorum omnium predictorum jussu et domni Rogerii vicecomitis et Poncii de Castello, Arnaldus de Clairano scripsit die et anno prenominato.

Honor predictus tali modo assignatur : unus ortus quem Arnaldus Baroni tenet et alter ortus quem Bernardus Texior tenet et alter quem Homo Dei tenet et alter quem Guillelmus Mironi tenet et duo orti quos Petrus Martini tenet et unus molendinus quem ipsemet tenet. Et est de ista honore quem faber de Rivo tenet et unus mansus quem Raimundus Gobini tenet de quo reddit per quemque annum II solidos et I sestarium ordei. De isto honore est unus mansus quem Stephanus Truia tenet pro quo facit albergum III militum cum uno sestario ordei. Infantes Geraldus de Lauragello tenent unum mansum de isto honore pro quo redditur per unumquemque annum I sestarium ordei. Guillelmus Patuli tenet de honore I localem pro quo faciunt albergum III militum cum I sestario hordei et est unus mansus ejusdem Poncii de Castello in quo solitus est stare. De eodem honore est unus campus ad airea et alter campus juxta condaminam prioris et alius campus juxta caminum et alius campus secus campum Arnaldi de Turre et alius campus juxta campum Raimundi de Salsiniano et alius campus ad pirarium et alius campus secus campum Raimundi Gauzberti. De eodem honore est unus campus ad planum vineti et alter campus ad vallem et alius campus ad Essera et ad Belnoder alius campus et ad Gorgaler alter campus. De eodem honore est unus campus ad Molerias et alter campus ad passum de valle et alius campus ad gardam et alter campus ad passum de Fagaz et ad ulmum retondam alius campus et ad vallem una vinea.

a. Sic.

94

[1175-1176], jeudi 5 août.¹

– Carcassonne, devant les portes de l'église Saint-Nazaire.

Controverse entre Guilhem de Clermont, son frère Bertrand et Pierre de Clermont, d'une part, et Udalguier de Vilar, son frère Pierre Raimond, Bernard de Clermont, Guilhem Arnaud, Aimeric de Huca, son frère Raimond, Pierre Raimond de Rustiques, son fils Bernard, tous papiers, d'autre part, à cause de la prise du castrum de Clermont par les seconds et de la capture de Bertrand Pierre. Elle fut jugée dans la main de Roger [II], vicomte de Carcassonne, assisté par Ugo de Roumengoux son viguier, Pierre archidiacre, Bernard de Roquefort et Isarn Bernard de Fanjeaux. Udalguier de Vilar et ses papiers avaient une partie de la seigneurie du castrum et de la tour de Clermont, mais rien en dehors de cela dans le terminium du castrum. Ils réclamaient une clé de la porte du castrum. Guilhem, Bertrand et Pierre de Clermont la leur refusaient sous prétexte que leurs ancêtres ne l'avaient jamais eue. L'accord conclu accorde la clé à Udalguier et à ses papiers à condition qu'ils respectent la seigneurie et la fidélité qu'ils doivent à Guilhem, Bertrand et Pierre de Clermont et aux autres seigneurs de Clermont. Aucun des seigneurs de Clermont ne doit désormais tromper, capturer, tuer un autre des seigneurs, ni ne doit prendre le castrum. Si l'un d'eux le faisait, sa part du castrum reviendrait à l'autre partie.

Source : Trencavel-357, fol. 122-123.

De compositione.

Inter Guillelmum de Claromonte et fratrem illius Bertrandum et Petrum de Claromonte et Udalgerium de Vilar et Petrum Raimundi fratrem illius et Bernardum de Claromonte et

Guillelmum Arnaldi et Aimericum de Huca et Raimundum fratrem illius et Petrum Raimundi de Rusticano et Bernardum filium ejus fuit controversia, eo quia Udalgerius et Petrus Raimundi frater ejus et ceteri predicti eorum pariarum scilicet B. de Claromonte et G. Arnaldi et Aimericus de Huca et R. frater ejus et Petrus Raimundi de Rusticano et Bernardus illius filius abstulerat^a castrum de Claromonte et Bertrando Petro de Claromonte. Ideo omnes ex utraque parte ad hanc rem diffinienda^b venerunt in manum domni Rogerii Carcassone vicecomitis qui vocatis ad se assessoribus videlicet Ugone de Romegoso suo vicario et Petro archidiacono et Bernardo de Rocafort et Isarno Bernardi de Faniavo, audivit et inquisivit allegationes utriusque partis et auditis et valde inquisitis, placuit utrique parti tam conquerentium quam defendentium et placuit domino Rogerio vicecomiti ut de illa controversia finis et pax esset bona in perpetuum vero facta. Qui omnes predicti ad illam rem causa finis et bone pacis diffiniendam se satis dederunt in manu IIII predictorum assessorum scilicet Ugonis vicarii et Petri archidiaconi et Bernardi de Rocafort et Isarni Bernardi de Faniavo. In quorum presentia IIII fuit tunc cognitum quod Udalgerius de Vilare et Petrus Raimundi fratres ejus et omnes eorum hac in causa pariarum habebant partem et dominationem in castro et in turri de Claromonte, sed extra partem castrum nichil habebant in terminio ejusdem castrum. Qui duo Udalgerius et Petrus Raimundi desiderabant clavem porte castrum tenere dum turrem tenerent, quod Guillelmus de Claromonte et Bertrandus et Petrus de Claromonte eis non concedebant dicentes quia ipsi neque antecessores eorum unquam clavem illam tenuerunt. Quod ut finis et pax esset blandior et dulcior inter eos, ita fuit dispositum ut dum Udalgerius et Petrus Raimundi tenuerunt turrem similiter clavem illam tenerent, salva dominatione et fidelitate Guillelmi de Claromonte et Bertrandi Petri de Claromonte omniumque aliorum dominorum castrum de Claromonte. Item fuit cognitum ut ullus dominorum predictorum castrum de Claromonte alterum decipiat neque capiat neque occidat neque capi neque occidi neque decipi faciat, neque castrum neque turrem illius castrum alter alteri auferat neque auferri faciat. Et si quis omnium predictorum aliquid de antedictis transgressus fuerit, pars castrum et turris illius transgressoris succedat omnino pari dampno patienti. Et ut superius est dictum totum in perpetuum maneat ratum. Hoc alter alteri affirmat jurejurando super IIII Dei evangelia. Sicut superius est dictum, sic vobis Guillelmus de Claro Monte et Bertrandus de Claro Monte et Petrus de Claro Monte et nos Udalgerius et Petrus Raimundi de Rusticano et Ber illius filius et G. Arnaldi et Aimericus de Huca et R. frater ejus et Petrus Raimundi de Rusticano et Gillelmus filius tenebimus bona fide totum et non movebimus per hec sancta Dei evangelia. Quod sacramentum ab omnibus antedictis peragitur Carcassone, ante portas ecclesie Sancti Nazarii, in presentia IIII^{or} assessorum predictorum et Arnaldi Morlane et Guillelmi Stephani et Petri Guillelmi et Guillelmi Amelii et Otonis de Aniorio et Bernardi Rogerii de Cavanaco et Petri Amelii et Sicfredi de Faveriis multorumque aliorum proborum hominum. Arnaldus de Clairano scripsit jussione Guillelmi de Claro Monte et Bertrandi et Petri de Claro Monte et Udalgerii et Petri Raimundi et B. de Claro Monte et G. Arnaldi et Aimerici de Huca et R. frater illius et P. Raimundi de Rusticano et B. illius filii omniumque testium predictorum et IIII^{or} assessorum, V^a feria, nonis augusti, rege Lodovico regnante, anno M^oC^oLXXV^o Incarnationis dominice.

a. Sic. b. Sic.

1- La datation pose problème. En 1175, le 5 août tombe un mardi. En 1176, le 5 août est bien un jeudi mais le style est inconnu, ou bien il faut supposer une erreur du scribe.

95

1176, un lundi de décembre.

Arnaud de Turre, Pons de Ventajou et ses frères Pierre et Arnaud, Bertrand et Guilhem de

Ventajou, frères, Pierre Bernard, Raimond Remigijs et Bérenger de Ventajou, et Bérenger un autre seigneur de Ventajou vendent à Roger [II] tout ce qu'ils ont dans la villa de Favere pour 1000 sous.

Source: Trencavel-601, fol. 240.
B. Coll. Doat, vol. 168, fol. 121-122.

De Favere.

Anno Christi Incarnationis M^oC^oLXX^oVI^o, rege Lodovico regnante. Notum sit omnibus hec audientibus quod ego Arnaldus de Turre et nos fratres ego Poncius de Ventagione et Petrus atque Arnaldus et nos fratres videlicet ego Bertrandus et Willelmus de Ventagione et ego scilicet Petrus Bernardi et ego Raimundus Remigii et Berengarius de Ventagione et ego Berengarius alius senior de Ventagione, nos omnes insimul per nos et per omnem nostram posteritatem bona fide et sine omni dolo vendimus tibi domno Rogerio vicecomiti Biterris omnibusque tuis posteris omne illud quod habemus vel aliquo modo habere debemus in villa de Favere et in terminis ejus videlicet in hominibus et feminibus, terris et vineis, pascuis et nemoribus, cultis et incultis et in aquis quicquid sit et quantumcumque sit, totum illud dimittimus et vendimus et donamus tibi domno Rogerio et omne vestre posteritati propter mille solidos melgorienses quos a te accepimus de quibus bene perpactos nos omnes insimul tenemus. Sicut superius dictum est, ita totum illud quantumcumque nunc valet et in antea qualicumque modo valere poterit damus tibi domno Rogerio et posteris tuis propter mille solidos suprascriptos ut melius dici vel intelligi potest ad tui tuorumque utilitatem nunc et in perpetuum. Hujus rei sunt testes Petrus Narbonensis et Carcassensis archidiaconus et Ugo de Romegos vicarius Carcassensis et Bernardus Raimundi de Campendut et Rogerius de Aragonie et Willelmus de Opiano et Geraldus de Glujano et Bernardus Rogerii de Alairico. Bernardus notarius supradicti domni Rogerii jussione omnium supradictorum scripsit hanc cartam in mense decembris, feria II^a.

96

1177, un samedi de février.

Udalguier de Vilar et Pierre Raimond de Vilar, fils d'Ermengarde, prêtent serment de fidélité à Roger [II] de Béziers, fils de Saura, pour le castrum de Clermont. Aimeric de Barbair, Arnaud de Barbair et Raimond Aimeric se portent garants sur tous leurs biens.

Source : Trencavel-361, fol. 128v.
B. Coll. Doat, vol. 168, fol. 160-161v.

De Claro Monte.

Anno Christi Incarnationis M^oC^oLXXVII^o, rege Lodovico regnante. Notum sit omnibus hoc audientibus quod ego Udalgerius de Vilar et ego Petrus Raimundi de Vilar filii domne Ermengardis juramus tibi domno Rogerio Biterris filio domne Saure tactis IIII sanctis evangeliiis videlicet castrum de Claro Monte, turres et forcias et omnes fortalezas quecumque modo ibi sunt et in antea fuerint, et quocienscumque per te vel per tuum nuncium vel per tuos nuncios die vel nocte castrum supradictum accipere et tenere volueris tibi vel tuis nullo modo prohibebimus nec prohibere faciemus aliquid inde, et si fuerit homo vel femina, homines aut femine qui castrum jamdictum vel aliquid inde tibi vel tuis auferant, cum illo vel cum illa vel cum illis amorem nec consortium aliquo modo habebimus nisi pro recuperando castro, et quando castrum recuperatum habeamus, statim in tuo posse sine omni mora mittemus absque

omni lucro tui averis et honoris quod a te inde non exigemus. Ut superius diximus, ita tenebimus totum et observabimus ad utilitatem et voluntatem tuam per hec sancta IIII evangelia. Hujus rei sunt testes Bernardus Rogerii de Cavanac, Petrus Narbone et Carcassone archidiaconus et Hugo de Romegos Carcassone vicarius et Aimericus de Barbairano et Arnaldus de Barbairano et Bertrandus de Gordone et Raimundus Aimerici de Barbairano, Bernardus notarius supradicti domni Rogerii jussione omnium supradictorum scripsit hanc cartam, feria VII^a, in mense februarii. Et sit cunctis manifestum quod ego Aimericus de Barbairano et ego Arnaldus de Barbairano et ego Raimundus Aimerici ut superius promiserunt et juraverunt Udalgerius de Vilar et Petrus Raimundi, ita faciemus fideliter tenere et observare tibi domno R. ad omnem tuam voluntatem et tuum intellectum. Quod nisi fecere voluerimus vel non poterimus, damus tibi domno R. in retornum omnes honores et res nostras quascumque habemus vel habere debemus.

97

1181, 25 mai

Guillelma abandonne, avec le consentement de son mari Pierre de Faviès, aux frères du Temple, contre 10 sous ug. et un setier de froment, la rente viagère d'un setier de froment et un setier d'orge qu'ils lui servaient chaque année pour l'« honneur » qu'elle leur avait vendu dans le terroir de Peyremale.

Source : Douzens-B79, p. 250-251.

Anno millesimo. CLXXXI. Incarnationis dominice, .11. feria, .VIII. kalendas junii, rege Filippo Francorum regnante, civitati que dicitur Carchassona Rogerio de Biterri proconsule dominante. Ego Guillelma, uxor Petri de Faveriis, per me et per omnes posteros meos et voluntate predicti mei mariti, bona fide solvo et derelinquo et eciam vendo vobis Arveo et Isarno, fratribus militie Templi Salomonis, et omnibus aliis fratribus in ipsa militia Dei servientibus .1. sextarium frumenti et unum sextarium ordei, que mihi in vita mea da-[fol. 81]-re debetis in unoquoque anno per honorem quem fratribus militie prefate vendidi et dedi in terminio de Petra Mala. Ipsum blad totum gratis solvo et dono et desamparo vobis sine omni dolo vestro, propter .X. solidos ugonencos octenos bene mettibiles et unum sextarium frumenti, quod avere totum mihi dedistis, ut a modo ipsa dua sextaria prenominati blad habeatis et teneatis et ad omnem voluntatem vestram ex eis fatiendam absque omni reservatione nostra in perpetuum possideatis; et si aliqua persona ipsum blad vobis amparaverit, erimus vobis guirentes boni. — S. Poncii de Monte Longo, et Laurencii Xatmari, et Bernardi Petri de Carolipaco. — Quorum jussu et Guillelme prescripte et Petri de Faveriis, illius mariti, Arnaldus de Clairano scripsit, die et anno quo supra.

98

1181, 25 mai

Bernard de Faviès et les siens vendent au Temple leur part d'un « honneur » qu'ils possèdent avec lui et les frères de Bernard, dans le terroir de Peyremale, à savoir le 1/3, pour 5 sous ug., et lui accordent le droit de « retorn » sur un autre « honneur » que Bernard possède avec ses frères, dans le cas où ses soeurs feraient opposition à la vente.

Source : Douzens-B76, p. 248-249.

Anno millesimo .CLXXXI. Incarnationis dominice, .II. feria,.VIII. kalendas junii, rege Filippo Francorum regnante, civitati que dicitur Carchassona Rogerio de Biterri proconsule dominante. Ego Bernardus de Faveriis et Pagana uxor mea infantesque mei, gratis et bona intencione vendimus vobis Arveo et Isarno, fratribus militie Templi Salomonis, omnibusque aliis [fol. 77 v°] fratribus tam presentibus quam futuris in eadem militia Deo servientibus, meam terciam partem tocius honoris quem habeo vobiscum et cum fratribus meis in terminio de Petra Mala; qui honor totus afronta de altano in honore Templi, ex meridie in aqua de Besaleuco, de cercio in terminio de Vilare Sigario, ab aquilone in terminio de Ardamala. De toto quod infra illas affrontationes includitur, de toto gratis vendimus insuper et donamus vobis nostrum terciam partem propter V. solidos ugonencos octenos mettibiles hac percurribiles, de quibus paccati sumus, ut a modo illam partem nostram terciam tocius honoris predicti sicut divido cum fratribus meis, habeatis et teneatis, totam voluntatem vestram ex ea fatiatis; sicque illam terciam partem nunc et in perpetuum pro vestro jure et alodio proprio possideatis absque omni retentione nostra [fol. 78] omniumque propinquorum nostrorum. Quam terciam partem si homo aut femina vobis amparaverit, erimus vobis^(a) guirentes boni. Tamen si sorores mee ibi aliquid vobis aliquid amparaverint, donamus vobis retorn, omni vestro inganno remoto, in omni honore quem habeo^(b) et habere debeo cum fratribus meis in toto terminio quod est circa solarium ; et ipsum retorn fatiemus vobis habere et tenere sine dolo vestro. — S. Poncii de Monte Longo, et Laurencii Xatmari, et Bernardi Petri de Carolipaco, et Petri de Favariis. — Quorum jussu et Bernardi de Faveriis et Pagane, illius uxoris, Arnaldus de Clairano scripsit, die et anno quo supra.

a- vobis écrit deux fois. La boucle du b sert à celle du g au deuxième. – b- habea dans le texte.

99

1182, 10 mars

Amiel et son frère Bertrand de Villelaur donnent à la communauté de Fontfroide contre 60 sous melgoriens, les dîmes qu'ils détenaient dans les territoires de Saint-Martin-de-Toques et de Saint-Julien-de-Septime. Ils confirment la vente qu'ils avaient faite au monastère concernant la dîme prélevée sur toutes les possessions des religieux à Saint-Julien.

Source : Fontfroide-513, p. 239.

INDIQUE : Inv. Conv., fol. 127v (Saint-Martin -de-Toque, C).

100

1188, 15 juillet. - Abbaye de Fontfroide.

Géraud de Laredorte se donne pour frère à Dieu et au monastère de Fontfroide. Il cède à la communauté, pour en jouir en libre alleu, un champ situé dans le territoire du castrum de Laredorte, à l'Etang. Il affranchit le monastère des redevances qu'il percevait, à juste ou injuste titre, sur leurs charrois passant sur l'Aude et défend qu'on ne prenne ou ne réclame de taxe sur les charrois qui traverseront ou stationneront sur le fleuve. Bernard, frère de Géraud, confirme cette donation et promet d'observer les clauses de cette transaction.

Source : Fontfroide-652, p. 298-299.

[...] Hoc fuit factum et laudatum in monasterio Fontis frigidi, in presentia et testimonio Bertrandi de Redorta, Guillelmi de *Caire*, Guillelmi Rogerii, Poncii de *Cesserats*, Guillelmi *Aribert*, Petri de *Cadoal*, et Poncii Gervais. Raymundus Aladerni scriptit, rogatus.

101

1190, septembre.

Roger [II], vicomte de Béziers, donne à Raimond Ermengaud tout ce qu'il a dans le castrum et la villa de Montlaur, Raimond devra rendre le castrum ou la force à toute semonce et faire une albergue de 30 milites.

Source: Trencavel-584, fol. 232-232v.
B. Coll. Doat, vol. 168, fol. 313-314v.

De Monte Lauro.

In nomine Domini, anno a Nativitate ejusdem M^oC^oXC^o, rege Francorum Philippo regnante, mense septembris. Notum sit omnibus hec audientibus quod ego domnus Rogerius vicecomes Biterris per me et per omnes meos presentes et futuros bona fide et sine dolo cum hac carta in perpetuum valitura dono et trado tibi Raimundo Ermengaudo et tuis in perpetuum totum illud quod habeo vel habere debeo aliquo modo in toto castro seu villa de Monte Lauro et in suis terminis et quicquid aliquis homo vel femina ibi de me vel per me tenet vel tenere debet sine aliqua retencione. Et ego Raimundus Ermengaudus jamdictus et mei reddemus tibi domno Rogerio et tuis vel nuncio vestro iratis vel paccatis totum castrum et totam forciam vel forcias que modo sunt et deinceps erunt in predicto castro de Monte Lauro nocte vel die quandocumque et quocienscumque illam forciam vel forcias recuperare volueritis. Et si aliquis homo vel femina seu aliquis aliquid vel totum ibi vel inde vobis amparaverint vel abstulerint cum illo homine vel femina vel cum illis nullo modo amorem nec societatem habebimus donec totum illud habeamus recuperatum et in potestate vestra redigamus. Et faciemus vobis et vestris singulis annis quando accipere volueritis pro jamdicto castro albergam XXX militibus et hoc totum nos facere et tenere sicut superius scriptum est sine vestro vestrorumque inganno. Ego R. Ermengaudus jamdictus juro tibi domno R. super haec sancta IIII evangelia. Et ego Rogerius filis Saure promitto vobis quod numquam contraveniam vel veniri faciam aliquo modo et ad majorem auctoritatem et ad perhennem rei memoriam hanc cartam sigillo meo confirmo et corroboro. Hujus rei sunt testes Petrus Vassalli, Guillelmus de Sancto Felice, Jordanus frater ejus vicarii Carcassonenses, Ugo de Romegos vicarius Reddensis, Berengarius de Insula abbas Montis Olivi, Petrus de Arzens, Guiraudus de Villatraverio et Bernardus de Caneto notarius domni Rogerii qui mandamento ejusdem et predictorum testium et Raimundi Ermengaudi hoc scripsit et sigillavit.

102

1190, 7 décembre

Udalger, Pierre et Raymond de Vilar, frères, Brunessinde, femme de Raymond, Aymeric de Barbaira et son frère Isar, Raymond Bernard de Barbaira et son frère Isar vendent pour 700 sous melgoriens à la communauté de Fontfroide le fief qu'ils détenaient dans le territoire de Gaussan.

Source : Fontfroide-690, p. 319.

INDIQUÉ : Inv. Conv., fol. 138v (Gaussan, A.A.A.A). – Mouynès, p. 471.

103

1199, 22 octobre.

Testament de Bernard Gaufred, fils du chevalier de Laredorte, qui, gravement atteint par la maladie, se donne pour religieux au monastère de Fontfroide, auquel il fait don en alleu de sa vigne de Serp, de son jardin de Petrarii, de trois faisses de terre à Lespinalière, aux Parets et aux Prés Méjan, de pièces de terre près du Rivassel aux lieux-dits Les Pradels et Les Agals. [etc].

Source : Fontfroide-902, p. 392-395.

[...] Ideoque dono cum me ipso eidem loco ac monasterio sancte Marie Fontis frigidi et monibus ibidem habitantibus et Deo servientibus, pro amore Dei et redemptione anime mee omniumque parentorum meorum, scilicet totam meam vineam de Serp per alodium quod affrontat de altano in honore Bernardi Sugnerii, de meridie in vinea domine Pagane, de circio in honore domine Bernarde de Torrozela, de aquilone in honore Petri de Cadoal. Dono eidem loco ac monasterio similiter totum meum ortum [...]

104

1202, 3 janvier.

Aymeric de Narbonne cède à sainte Marie et au monastère de Fontfroide, en alleu perpétuel, le quart, le seniorivum et les foriscapes qu'il precevait sur deux faisses de terre que Pierre Gairaud, Guilhem Gairaud et Raymond de Montlaur tenaient de lui-même, situées dans le territoire de Védillan, près du champ de Minerve, joutant de tous les côtés l'honneur des religieux. Il les autorise à acquérir et à acheter tout ce que lesdits Pierre Gairaud, Guilhem Gairaud et Raymond de Montlaur détiennent sur ces terres. Il leur accorde le libre passage sur le chemin ou la carrière qui traverse son champ, appelé Champ de Raoul, de onze palmes de largeur, pour permettre à leurs attelages et à leurs bêtes d'accéder librement à leurs terres.

Source : Fontfroide-937, p. 411-412.

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Doat, vol. 59, fol. 162-163v, collationné par Gratian Capot le 19 novembre 1668 d'après « une copie écrite en parchemin trouvée aux archives de l'abbaye ».

105

1207, samedi [...]

Bernard de Clermont, par testament, désire être enseveli dans le cimetière de l'abbaye de Lagrasse et lègue à la communauté 50 sous de melgoriens. Il fait d'autres legs pieux aux églises et monastères de Saint-Michel, de Cassanels, de Rieunette, des Palais, aux lépreux et aux pauvres. Il rend certaines sommes à Gualiane et à R. de Ferracano, donne 15 sous pour son linceul. Il lègue des sommes à G. de Marmairanne et à sa nièce Garsent, lègue à Usalguier de Vilar et à sa femme Garsent ce qu'il possède sur certains mas, ses possessions de Saint Etienne du Val, de Vilar, des gages, l'ensemble de ce legs étant engagé à R. Ferracano pour 300 sous

de melgoriens. Il lègue à Aimeri et Raimond de Clermont sa part sur les hommes et femmes du Vilar qui habitent maintenant Marseillette et Capendu. Il lègue à Béranger de Verdun ses biens de Clermont, de Greffeilh-le-Haut et à Raimond de Spinaceria ses biens de Greffeilh-le-Bas ; Béranger et Raimond, ses neveux, devront dégager ce legs engagé à Raimond de Cabaret pour 750 sous. Il leur lègue encore, à parts égales, ses biens de Preixan, Ville Tritouls, Sobiraz, Joaltar, Podio, Sainte-Foy, Vilar (sauf le legs d'Usalguier de Vilar), de Serviès (sauf un champ légué à sa cousine et à ses nièces à titre viager). Si Béranger et Raimond refusent de payer les legs faits à Garsent, nièce du testateur, et à Usalguier de Vilar, leur part reviendra à Aimeri et Raimond de Clermont, à condition que ceux-ci s'acquittent des legs.

Source : Lagrasse II-92, p. 100-102.

A. Original, parchemin, en forme de charte partie par les lettres de l'alphabet de A à O, larg. 285 x haut. 340 mm, Arch. dép. Aude, H 29.

INDIQUÉ : Du Laura, p. 99.

Quoniam omnis caro fenum [.]^a-mnis gloria ejus tanquam flos agri sic evanescet, ideo omnibus hec audientibus innotescat quod ego Bernardus de Claro Monte, egritudine gravi detentus, ultimitate dierum meorum positus, mente tamen sana et illesa, ad dexteram, non ad sinistram Dei partem abire^b desiderans, testamentum meum scienter et consulte compono et omnibus rebus meis mobilis et immobilibus et sese moventibus ultimam divisionem dispono idoneosque testes ac fideles ad hoc eligendum, videlicet Amicum de Boixeda et Petrum de Boixeda et Bonum Mancipium de Grassa et Laurencium de Crassa et Bernardum de Boixa, quorum testimonio omnia subdicta firma et inconcussa valeant omni tempore. In primis dono et dimitto corpus meum et animam domino Deo et Beate Marie Crasse ut in ejus cemeterio corpus meum sepeliar. Qua de causa denarios. Dono et dimitto leprosis II solidos. Dono et dimitto Sancte Marie de Cassanul X solidos ml. Dono et dimitto monasterio Rivi Nitidi X solidos. Dono et dimitto Sancte Marie de Palatio V solidos. Dono et dimitto pro pauperum vestibus L. solidos ml. Dono et dimitto pro elemosina XX solidos ml. quorum panis vel annona ematur et erogetur pauperibus. Reddo Gualiane femine VII solidos quos ab ea injuste habueram. Reddo Raimundo Ferracano X solidos ml. quos michi acomodaverat. Dono et dimitto Jachobo et fratribus ejus X solidos ml. Hec autem omnia dono pro Dei amore et anime mee redemptione. Dono et dimitto pro pannis quibus corpus meum ad sepulturam honorifice efferatur XV solidos ml. Dono et dimitto Guillelmo de VilleMairana VI solidos ml. pro consilio et servitio quod in egritudine mea exhibuit. Dono et dimitto morte ac vita nepti mee Garsendi, uxori condam Raimundi Suavi, pro innumeris beneficiis et serviciis que facit et fecit mihi incessanter C solidos ml. Dono et dimitto Usalgerio de Vilario et domine Garsendi, ejus uxori, et infantibus suis pro multis beneficiis que ab eis accepisse confiteor, unde grates Deo omnibusque amicis meis reffero, totum hoc quod habeo et habere debeo aliqua voce in masaticho suisque tenoribus Arnaldi Petit et Poncii, fratris ejus, atque eorum sorore et in eis ipsis eorumque posteritatibus et in rebus suis, videlicet medietatem, et dono eis similiter totum hoc quod habeo et habere debeo in masaticho Stephani Petit et in eo ipso ejusque posteritate et in rebus suis, videlicet medietatem. Adhuc dono dicto Usalgerio et domine Guarsendi, ejus uxori, quicquid habeo et habere debeo in masaticho Bernardi Mironis ejusque pertinentiis, scilicet medietatem. Iterum donum et dimitto eis quicquid habeo et habere debeo in villa Sancti Stephani de Valle et ejus terminiis et quicquid habeo et habere debeo in decimis de Vilario suorumque terminorum. Dono et dimitto eis similiter totum illud pignus quod habeo a Guillelmo de Valle pro C solidos ml. sicut in carta pignoratia continetur. Dono et dimitto eis totum illud pignus quod habeo a Petro de Claro Monte et Bernardo et Arnaldo pro La solidis ug., sicut in carta pignoratia continetur. Dictum autem donum, ut dictum et dispositum est a me, dono dicto Usalgerio et ejus uxori Garsendi omnique eorum posteritati, ad omnes voluntates suas inde faciendas, cum plena possessione juris et facti. Tamen vero donum dictum obligatur pro pignore Raimundo Ferracano pro CCC

solidis ml. quos ipse Usalguerius et sui ei persolvant et Raimundus Ferracanus reddat Usalguerio dicto et suis cartam pignoratiam CCC solidorum et cartam pignoratiam quam habet D solidorum quam ego feci Raimundo de Cauna, leviro meo, et sorori mee, uxori sue. Dono et dimitto Aimericho de Claro Monte et ejus fratri Raimundo, ad omnes voluntates suas inde faciendas, partem meam totam omnium hominum et feminarum qui fuerunt de Vilario et modo morantur apud Massiliam et Canensuspensum. Dono et dimitto nepoti meo Berengario de Verduno totum hoc quod habeo et habere debeo in castro et dominatione de Claro Monte et ejus terminis. Dono et dimitto ei similiter quicquid habeo et habere debeo dono et dimitto pro Dei amore et anime męę redemptione monasterii Crasse conventui Lasolidos ml. ut et ipse, ministerium defunctorum celebrando, pro anima mea salvanda Deum deprecari dignetur. Dono et dimitto ecclesie Sancti Michaelis II solidos et VI denarios et ejusdem ecclesie rectori II solidos et VI aliqua voce in villa Acrifolii superioris et ejus terminis. Dono et dimitto Raimundo de Spinacria, nepoti meo, totum hoc quod habeo et habere debeo in villa Acrifolii inferioris et ejus terminis. Verum tamen totum istud impignoratur Raimundo de Cabarez pro DCCL^a solidis ml. et cum pignus istud ab eo deliberabitur Berengarius persolvat CCCCsolidos et Raimundus CCCL^a solidos. Tamen vero ego acomodavi Arnaldo de Claro Monte CXXXsolidos ml. quos numquam recuperavi. Iterum dono et dimitto dicto Berengario et dicto Raimundo, nepotibus meis, equali proportione, totum hoc quod habeo et habere debeo in villa de Preixano et ejus terminis et partem meam totam de bajulis de Villa Tritols et de Sobiraz et totum hoc quod habeo in terminio de Joaltar et de Podio et in terminio de Lecairacho. Dono et dimitto dicto Berengario et Raimundo equali parte quicquid habeo et habere debeo sive pro dominatione sive pro alia quacumque causa in Vilario ejusque terminio excepto hoc quod superius dicto Usalgerio dederim. Dono etiam eis et dimitto equali parte totum hoc quod habeo et habere debeo in villa de Cerviano et ejus terminis, excepto campo uno qui est juxta lapiciniam Sancti Petri de Cerviano qui fuit Guillelmi Arnaldi et Berengarii, quem consubrine mee Ruffe et neptibus meis in vita sua dimitto. Post decessum vero earum, dicto Berengario et Raimundo revertatur. Predicta autem ut dicta et disposita sunt Berengarius et Raimundus supradicti eorumque posteritas cum plena possessione juris et facti habeant et possideant ad omnes voluntates suas inde faciendas tali vero conditione quod ipsi porcione equali tribuant et persolvant usque in prima veniet^d die Kadragesime Usalguerio dicto et domine Garsendi, uxori condam Raimundi Suavi CCC solidos bonorum ml. quos ipse Usalguerius et domina Guarsendis distribuunt prout melius supra disponitur, consilio tamen subditorum testium, cujus pecunie si quis illorum partem suam exhibere noluerit vel distulit, expers istius doni fiat et ex toto inde exheredetur ; qui vero totum persolverit ex toto heres fiat. Verum si ambo se subtraxerint et dictos CCCsolidos usque in diem prefixum persolvere noluerint, ex toto exheredentur et expolientur dono ita quod ipsi vel aliqua persona pro eis ibi quicquam non possit requirere. Immo Aimericus de Claro Monte et Raimundus, frater ejus, haberent et possiderent donum totum ex integro quod Berengario et Raimundo predicto dimitto cum plena possessione juris et facti in perpetuum tali pacto ut et ipsi CCCsolidos dictos in prefixum diem persolverent. Si vero hec superius scripta non valent jure testamenti, valeant saltem jure cujuslibet juris ultimam suam voluntatem in scriptis declarantis.

Hujus rei sunt testes ut dictum est: Amicus de Boixeda et Petrus de Boixeda et Bonus Puer de Crassa et Laurencius de Crassa et Bernardus de Boixa, jussu et roguatu dicti Bernardi de Claro Monte et dictorum testium Guillelmus de ValleMairanna hoc testamentum scripsit mense [...]^f, feria VI^a, anno a Nativitate Domini nostri Jhesu Christi M^oCC^oVII^o, Filippo rege regnante.

a. Trou dans A ; restituer et omnis. - b. Sic A pour adire. - c. Sic A pour sepeliatur-. d. Sic A pour venienti. - e. Sic A pour consilio. - f Le nom du mois a été laissé en blanc.

106

1211, dimanche 19 juin.

Guilhem, abbé de Lagrasse, du consentement des religieux, concède à R. Ermengaud de Barbaira et à sa femme Guirauda, seulement à titre viager, une vigne sise au terroir de Saint-Geniès pour laquelle ils devront verser la dîme et les prémices de la vendange au sacristain de Lagrasse et qu'ils ne pourront aliéner.

Source : Lagrasse II-97, p. 105-106.

A- Original, parchemin, larg. 245 x haut. 80 mm, Arch. dép. Aude, H 4521.

Anno Christi Nativitatis MCC^oXI, feria I^a, XIII kalendas julii. Notum sit cunctis hec audientibus quod ego, dominus G., Dei gratia abbas Crasse, per me et per omnes successores meos, consilio tamen et auctoritate nostri conventus scilicet Guillelmi Carbonelli prioris et Berengarii sacriste et Aimerici chamberarii et Raimundi Ferrachanis et Petri Rogerii, prepositi Sancti Michaelis, et magistri Salomonis infirmarii et Udalguerii ortolani et P G., prepositi Cominiani, et Bertrandi de Jonqueriis et G. Suavis et G. de Palatio et R. Massilie et Blanqui et P de Leco et Olibe de G. de Torrosela, commendimus tibi R. Ermengaudi de Barbairano uxorique tue Geraude, tantum in vitas vestras, unam vineam nostram quam habemus in terminio Sancti Genesii, ad capud nostre condamine. Que vinea affrontat de altano in nostra hereditate, de meridie in honore Sancti Michaelis, de circio in nostra condamina jamdicta, de aquilone in via. Vineam, scicuta includitur de affrontationibus, cum suis exitibus et introitibus et rebus pertinentibus, vobis in vita vestra comendamus, tali quidem pactione quod de omni vindemia inde exiente donetis sacriste nostre domus fideliter decimam et primiciam et sub tali modo vobis duobus illam comendamus vineam ut ipsam non possitis dare, dimittere, vendere aut impignorare alicui, sed de omnibus usus fructibus inde procedentibus, omnem vestram faciatis voluntatem omnibus diebus vite vestre. Post decessionem autem vestram, predicta vinea cum omnibus suis pertinentiis nobis et nostre domus sine omni debiti impedimento remaneat ac revertatur. Hujus rei sunt testes : Arnaldus G. de Barbairano et Villanova de Tribus Malis et Berengarius Abbandi et R. Crassus et P de Roca Negada, vicarius burgi Crasse, jussu quorum et predicti domni Guillelmi abbatis et jamdictorum dominorum monachorum P scriptor hoc scripsit, regnatea Philippo rege.

107

1212, 25 avril ou 7 mai.¹

Gérard de Villemagne se donne pour moine à la communauté de Lagrasse, apportant tout ce qu'il possède à Villemagne dont le quart de la dîme qu'il tient en fief de l'abbaye ainsi que sa part de la dîme de Saint-Pierre-des-Champs, également tenue en fief de l'abbaye, trois mas dans le bourg de Lagrasse et un jardin au terroir de Lagrasse.

Source : Lagrasse II-98, p. 106-107.

B. Deuxième Livre vert, fol. 272.

INDIQUÉ *Hist. Languedoc*, cat. Lagrasse, n^o 119 bis.

In Dei nomine. Anno Christi Nativitatis millesimo ccmoxno, feria IIII^a, VII [.]^a madii. Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod ego Geraldus de Villa Magna, gratis et sine inganio, per me et per omnem meam posteritatem jam natam et nastituram, inter vivos cum hac presenti carta in perpetuum valitura dono et offero corpus et animam meam domino Deo et monasterio

Sancte Marie Crasse pro fratre et monacho et dono ibi pro helemosina et caritate in remissione anime mee et omnium parentum meorum omne honorem et dominationem ab integro quam habeo et habere quocumque modo vel ratione debeo seu aliquis vel aliqua tenet aut habet de me vel pro me in Villam Magnam qui est in valle Acquitania et in omnibus suis terminis, homines videlicet ac feminas et eorum progeniem natam et nascituram ubicumque [...] fuerint et servicia et questas, terras atque vineas, mansos et domos, arbores fructiferas et infructiferas, ortos, ortales, arcas, prata, pascua, cultum et incultum, aquas et riperias et molendinos et piscationes, nemora et garrigas, venationes et aucupationes, taschas, quintos et quartos ac vineagolias et quartam partem tocius decime predictae ville quam ego et posterii mei huc usque tenuimus pro feudo jamdicti monasterii de Crassa et iterum dono atque dimicto eidem monasterio totum hoc quod habeo et teneo ac tenere et habere debeo in omni decima Sancti Petri de Calvis, scilicet medietatem integriter trium partium et hoc similiter tenebam et habebam de jamdicto monasterio pro feudo. Adhuc autem dono eidem monasterio tres mansos quos habeo in burgo Crasse et quendam ortum quem habeo in termino Crasse infra anbas aquas, qui ortus affert de altano in Urbione, de meridie in ortum Ysarni Montanerii qui fuit, de circio in recco, de aquilone^c in ortum Guillermi Furnerii. Omnia predicta, ut melius dici, scribi et intelligi possunt ad utilitatem dicte domus Crasse, ego prescriptus Geraldus dono atque in remissionem meorum peccatorum dimicto in perpetuum. Hujus rei sunt testes Guillermus Carbonellus, prior claustrii, et Petrus Raymundi, sacriste, et Berengarius de Monte Sereno, Raymondus Rocabaldus et Petrus de Vinea atque Petrus scriptor qui hoc scripsit rogatus^d a jamdicto Geraldo et testibus, regnante Philippo rege.

a. B semble transcrire un V barré, suivi d'un c ou d'un e ; on ne peut restituer que kalendas ou idus. - b. B transcrit vel, la dernière lettre barrée ; la seule lecture possible, velut, n'a guère de sens. - c. de omis B. - d. rogatus omis B.

1- Le signe suivant le quantième n'ayant pu être déchiffré, il peut s'agir de « 7 kalendas maii » (25 avril) ou de « 7 idus maii » (7 mai), ces deux jours tombant un mercredi.

108

1215, 24 août. - Carcassonne, au palais.

Tédise, évêque d'Agde, Isarn, archidiacre de Carcassonne, Guilhem Arnaud de Soupex et Pierre Martin de Castelnaudary règlent le litige opposant Guilhem, abbé de Lagrasse, à Simon de Montfort. Les lieux que revendiquait Simon de Montfort en tant que successeur des chevaliers qui les tenaient en gage de l'abbaye sont attribués à l'abbé qui verse 10 000 sous de melgoriens et 100 muids de céréales pour leur rachat : il s'agit de : [...] Au comte est attribué Blomac qu'il revendiquait en propriété, sauf au monastère ce qu'y possédait l'aumônier. Lui sont également attribués les lieux revendiqués par l'abbé comme à lui commis du fait du faidiment des chevaliers qui les tenaient en fief de lui : Capendu, Clermont, Villelongue, Montgradailh, Couzan, Luc, Ventajou, Ferrals, Jouarres, Comelles, Alaric, Moux, Montlaur, Couffoulens, Leuc, que le comte tiendra en fief de l'abbé.

Source : Lagrasse II-102, p. 114-117.

[...] Petebat etiam a comite suprascripto castrum de Capraspina, castrum de Cane Suspenso, castrum de Claro Monte, villam que dicitur Villa Longa, villam de Monte Gardall, villam de Cojano, villam de Lucho, castrum de Ventajone, villam de Ferrals, villam de Najoaras, villam de Comellis, castrum de Alaricho, villam de Mosez, castrum de Monte Lauro, castrum de Coffolent, castrum de Leuquo ; que omnia dicebat esse monasterii jamdicti; castrum de Capraspina videlicet quia ipsum semper fuisse propum Crassensis monasterii asserebat ; alia

vero prenotata dicebat comissa esse eidem monasterio propter delictum militum qui ea a dicto monasterio, sicut ipse allegabat, tenerant jure feudi.

109

1216, 22 juin

Guilhem de Durban, sa femme Clémence et leur fils Raymond, pour la rémission de leurs péchés et pour les nombreux et grands services qu'ils ont reçus de la maison de Fontfroide, confirment en libre alleu les donations qu'Arnaud Raymond, fils de feu Arnaud le Rouge, avait faites au monastère de tous les biens, tant en maisons, hommes et femmes, agriers, vignes cultièves ou en friche et de tous les autres droits qu'il possédait dans le castrum et le territoire de Durban. Ils cèdent aux religieux tous les droits – albergue et autres – qu'ils pouvaient y détenir.

Source : Fontfroide-1198, p. 550-551.

[...] Actum est hoc in castro de Durbano, sub presentia et audientia Ebrini de Durbano et Bermundi de Sigano et Aymerici de Rocha Negada et Arnaudi de Barbairano et Guillelmi de Novellis et Arnaudi Gaucelini et Petri Guaschi et Guillelmi Poncii, capellani de Durbano. Bernardus Guaschi rogatus scripsti, qui rasi in secunda linea.

110

1224, 14 janvier

Traité entre les comtes de Toulouse et de Foix, et Amaury de Montfort qui stipule les conditions de la trêve, les lieux sauvegardés, ainsi que les seigneurs ralliés à Montfort non inquiétés.

In nomine Domini, anno ab Incarnatione ejusdem M^oCC^oXX^oIII^o, XIX^o kalendas februarii. Noverint universi, presentem paginam inspecturi, quod conventiones facte sunt inter nos comites Tolose et Fuxi ex una parte, et comitem Amalricum et suos ex altera : scilicet quod de his que promittimus pro pace sancte Romane ecclesie et comitis Amalrici habenda, debet idem Amalricus consulere amicos suos de Francia et facere quod pro consilio sibi dabunt, et debet procurare bona fide, ut nos pacem Ecclesie et suam habeamus, et non debet ullatenus contra ire, et infra proximum venturum festum Pentecostes debet nobis responsum reddere, quid super his sit factururus. Et usque ad prefixum tempus omnes ecclesie debent esse in eo statu, in quo nunc sunt, et tenebunt in pace quicquid modo possident, et specialiter dominus archiepiscopus Narbonensis et omnes suffraganei ejus et dominus episcopus Agennensis, et omnes alii prelati hujus terre et clerici, ubicumque sint, possideant que modo tenent, sicut superius est notatum. Et Narbona et Agatensis et Pena Albiensis et Roga de Vallecerga et Terme et tota alla terra, quam Amalricus tenet et que nomine ejus possidetur, excepta Carcassona et Minerba et Pena Agennensi, remanet in treuga usque ad duos proximos menses ; hoc videlicet modo, quod nos vel nostri possessiones vel personas dicta castra et villas tenentes non inpugnemus vel inpugnari permittamus, nec etiam castra vel possessiones recuperemus, nisi de voluntate custodientium et hominum inhabitantium ipsa loca. Possumus etiam ingredi Narbonam et Agatham, quandocumque nobis placuerit, ita tamen quod ecclesiis vel hominibus ipsarum civitatum jura sua non auferamus, vel aliquam violentiam inferamus, nec in ipsis civitatibus infra duos menses aliqua jura nostra de novo recuperemus. Et nos debemus restituere tam militibus quam aliis, qui sunt exheredati pro eo quia adhererunt comiti Amalrico, hereditates suas, specialiter illis de

Biterra, de Narbona, de Carcassona et Amaneo de Lebreto et R. de Canesuspenco et R. B. de Rovinano et Berengarii de Montelauro et comitisse Ruthenensi et suo filio et Raimundo Arnaldi de Saissago, et generaliter omnibus aliis, qui sunt exheredati pro eo quia adhererunt comiti Amalrico, sicut melius poterimus, sine violentia, bona fide, nec aliquod malum ea occasione, quia ipsi comiti adhererunt, eis ullo tempore faciemus, dum tamen ipsi nobis fidelitatem faciant et fideles existant. Promittimus etiam ipsi comiti Amalrico, quod si nobis et nostris valitoribus pacem Ecclesie plenarie habere fecerit, dabimus sibi decem mille marchas argenti, temporibus inter nos et ipsum constitutis. Et ut hec omnia firmiter observemus, tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliiis juramus et sigillorum nostrorum munimine roboramus.

111

1228, 29 avril. - Rome.

Grégoire IX, à la demande de l'abbé de Lagrasse, confirme l'acquisition de Villemagne, vendue au monastère par Hugues Ferrol.

Source : Lagrasse II-125, p. 151.

A. Original perdu, encore conservé en 1494.

B. Deuxième Livre vert, fol. 27.

INDIQUÉ : Inventaire de 1494, fol. 12 et 24 - Du Laura, p. 113. - *Hist. Languedoc*, cat. Lagrasse, n° 129. - Potthast, n° 8182.

Gregorius, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Crasse, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, villam que dicitur Villa Magna, quam ab Hugone Feriold propositis vos emisse, sicut earn monasterium vestrum juste possidet et quiete, vobis et per vos ipsi monasterio, auctoritate apostolica, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem actemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Rome, III kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

a. desideris B. - b. Ferrolh dans Du Laura.

112

1228, 16 juin. – Pérouse

Grégoire IX, à la demande de l'abbé Benoit et de la communauté de Lagrasse, confirme les biens du monastère, à savoir :

- le lieu où est bâti le monastère ;

- dans le diocèse de Narbonne : [...]

- dans le diocèse de Carcassonne: les églises et dîmes de Saint-Michel de Nahuze, Saint-Martin de Pechlat, Saint-Julien de Rabesols, Saint-Pierre d'Alaric, Saint-Couat, Saint-Martin des Cours, Sainte-Marie de Comigne, Saint-Pierre de Milleret, Saint-André de Millegrand, Saint-Paul de Bouilhonnac, Saint-Foulc, Saint-Hilaire de Cazilhac, Sainte-Marie de Verzeille, Saint-Cyr de Greffeilh, Saint-Jean de Greffeilhet, Saint-Etienne et Saint-Cyprien de Faviès, Sainte-Marie de Taurize, Saint-Martin de Couzan, Sainte-Marie de Serviès, Saint-Etienne de Caunes, Saint-Pierre de Banioules, Sainte-Marie de Peyremale, Saint-Cyprien de Font-d'Alzène, Saint-

Geniès, Saint-Félix de Mirailles, Saint-Etienne du Val-de-Dagne, Sainte-Marie du Caria; les bourgs et villages d'Alaric, Saint-Couat, Fleix, Cours, Comigne, Millegrand, Bouilhonnac, Cazilhac, Saint-Foulc, Verzeille, Villemagne, Greffeilh, Greffeilhet, Clermont, Capendu, Montlaur, Couffoulens, Leuc, Moux, Comelles, Couzan ; les alleux de Badens et Berriac ; [...]

Source : Lagrasse II-127, p. 152-160.

Gregorius, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Benedicto abbati monasterii Sancte Marie de Crassa ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar felicis recordationis Adriani pape predecessoris nostri prefatum monasterium Sancte Marie de Crassa, ad jus beati Petri specialiter pertinens, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis si quidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur ; preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu Narbonensi [...]

in episcopatu Carcassonensi, ecclesiam Sancti Michaelis de Nausa, Sancti Martini de Podio Lato, Sancti Juliani de Rapidollis, Sancti Petri de Alarico, Sancti Cucufati^a de Lausa, Sancti Martini de Curtibus, Sancte Marie de Comiano, Sancti Petri de Millanello, Sancti Andree de Milano^b, Sancti Pauli de Bollonhaco^c et Sancti Fulcis, ecclesias cum decimis et omnibus pertinentiis suis, Sancti Hillarii^d de Casilhaco, Sancte Marie de Vercellano^e, Sancti Quirici^f de Agrifolioas inferiori, Sancti Johannis de Agrifolio^g superiori, Sancti Stephani et Sancti Cipriani^h de Faviersⁱ, Sancte Marie de Tautira^j, Sancti Martini de Coxano^k, Sancte Marie de Cerviano, Sancti Stephani de Caunis, Sancti Petri de Banils^l, Sancte Marie de Petra Mala, Sancti Cipriani de Villa Asinaria, Sancti Genesii de Septembriano, Sancti Felicis de Mirallis, Sancti Stephani de Valle Acquitania et Sancte Marie de Casclars, ecclesias cum decimis et omnibus pertinentiis suis ; in eodem episcopatu, de Alarico, de Sancto Cucufato^m, de Flexo, de Curtibus, de Comiano, de Milanoⁿ, de Bollonhaco^o, de Casilhaco, de Sancto Fulco, de Verzelhano, castra et villas cum omnibus pertinentiis suis, de Villa Magna, de Agrifolioas superiori, de Agrifolioas inferiori, de Claro Monte, de Canesuspenco, de Monte Lauro, de Cofolento, de Leuco, de Moz, de Comellis et de Cojano, castra et villas cum omnibus pertinentiis suis, et de Baddencs^p et de Bernaco^q, allodia ; [...]

a. Cucuffati C.- b. Millano C.- c. Boullonhaco C.- d. Ylarii C.- e. Verselhano C.- f. Quinctini B.- g. Agrifolio C.- h. Cipiani B.- i. Favetis B. - j. Cautira B.- k. Toxano C.- l. Bazuls C.- m. Cucuffato C.- n. Milhano C.- o. Bollonaco B.- p. Badencs C.- q. Corriger Berriaco

113

1234, 1^{er} février.

L'abbé Bernard et la communauté de Fontfroide reconnaissent devant les exécuteurs testamentaires de Jean Bistan avoir reçu l'ordre de l'abbé de Cîteaux dans deux lettres de septembre 1233, de respecter les clauses des fondations de Jean Bistan et de Jean Dazier. Ils

promettent de fabriquer les hosties et de les distribuer dans le diocèse à condition de n'être liés, en raison de cette promesse, à aucune personne vivante et de ne pas être cités en justice.

Source : Fontfroide-1455, p. 670-671.

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Baluze, vol. 82, fol. 111v-113. – C. *Ibid.*, coll. Doat, vol. 59, fol. 234-239, collationné le 22 septembre 1668 par Gratian Capot d'après une copie authentique figurée établie le 21 août 1326 par Jean de Fontjoncouse, clerc de Narbonne, « trouvée aux archives du chapitre Saint-Just ».

a. Martène, *Thesaurus anecd.*, I, col. 1849-1851, d'après C (transcription partielle).

INDIQUÉ : Inv. Doat 1668 (archives de Saint-Just), fol. 85v-86. – Inv. Conv., fol. 22v (Corps du monastère, X). – *Gallia christ.*, t. VI, col. 205. – *Hist. Languedoc*, t. VI, p. 714. – Cauvet, p. 152-153.

In nomine Domini. Anno Nativitatis Christi millesimo CC° XXXIII°^o, regnante rege Ludovico, kalendis februarii. Sit notum cunctis hoc audientibus quod nos frater Bernardus abbas Fontis frigidi et nos conventus ejusdem, videlicet ego frater Petrus Raymundi prior et ego [...] et ego frater Guillelmus de Favars et ego [...], nos omnes prenominati insimul cum hac carta publica valitura, per nos et per omnes successores nostros, profiteamur et in veritate recognoscimus vobis gaueriis Johannis Bistani, videlicet Guillelmo Fabro et Raymundo Petri et Arnaldo de Calavo, nos recepisse litteras et mandatum venerabilis patris G. abbatis Cistercii in huc modum : [...]

114

1241, juin

Donation faite par Symon de Autolio (Auteuil ?) chevalier à Raymond Abanni et à ses frères de Rocanegada avec tous ses droits pour laquelle il lui rend hommage.

Source : Doat-vol. 153 fol. 158.

Du mois de juin 1241

Pro dominis Guillelmo et Raymundo Abbani fratribus

Noverint universi presentem [fol 159] paginam inspecturi quod nos Symon de Autolio miles damus et titulo pure et perfecte donationis, bono animo, voluntate libere concedimus vobis Raymundo Abban et fratribus vestris et omnibus heredibus vestris et omnibus heredibus vestris presentibus et futuris Rocan negadam totam integre et perfecte cum omnibus pertinentiis suis et totum jus quod nos jamdicti Symon de Autolio in dicta Roca negada et in terminis ejusdem habemus vel habere debemus. Propter donationem vero praedictam, ego Raymundus Abban iamdictus pro me et fratribus meis omnibus vobis domino Symoni sepedicto facio homagium, promittens vobis fidelitatem et pro posse nostro contra omnes homines valentiam et juvamen, excepto domino rege Franciae et Sancta Ecclesia. In quorum premissorum testimonium sigilli nostri munimine presentes litteras fecimus communiri. Notum est hoc in presentia domini Guillelmi de Ulmis, senescalli Carcassone, et Guidoni de Levis, marchionis Mirapiscis, et Raymundi de Canesuspensio. Anno millesimo ducentesimo quadregesimo primo, mense junii.

115

1243 (n. st.), 25 février. - Carcassonne.

Guillaume des Ormes, sénéchal de Carcassonne, communique à Louis IX, comme il en a reçu l'ordre, le nom et les revenus des fiefs mouvant du monastère de Lagrasse.

Source : Lagrasse II-A14, p. 353.

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Doat, vol. 153, fol. 294, d'après un rouleau en parchemin trouvé dans le trésor des chartes du roi en la cité de Carcassonne.

INDIQUÉ : *Hist. Languedoc*, cat. Lagrasse, n° 142. - Mahul, t. II, p. 272.

Excellentissimo ac superillustri domino Ludovico, Dei gratia regi Francie, Guillelmus de Ulmeriis, senescallus Carcassone suus, humilis ac devotus, salute et fidele servitium. Regie majestatis noverit excellentia quod juxta mandatum vestrum super feudis que a monasterio Crasse moventur diligenter inquisivi, domine, veritatem sicut est inferius annotatum : villa de Duro Forte XXIII libre, villa de Claro Monte XVIII libre, bastida de Surlacho^a IX libre, Agrefolium inferiorum IIII libre, Rupa de *Fos* et *Villar* IX libre, Boissa VI libre, *Maisos* IIII libre, Masachum IIII libre, Oreira et Oriola^b XX libre, medietas Vinee Vetule L solidi, Vallis Orqueria XX solidi, Toissa XV libre, *Pasuls* X libre, Segura IIII libre, Alairachum XX solidi, *Ferrals* XX libre, Ledina *d'Amont* IIII libre, illud quod vos tenetis feudum vicarie de *Malvers*^c XVlibre, feudum tascarum de Sepiano IIII libre, *Badencs* XXX libre de quibus sunt X libre thoq^d, Mallianel^e IIII libre, *Casilac* XIIIIII libre X solidi, Verselanum X solidi; summa CCXXIIIIII libre X solidi. Item Cofolenchum CC libre quas tenet domina de Vicinis, Villa Longa LXlibre quas tenet dominus A. de Limoso, Leuchum^f LX libre quas tenet filia quondam R. de Savarduno, *Monslaur* XXX libre quas tenet domina de Monte Lauro, Luchum et *Canoas* XXXX libre quas tenet dominus G. de Lodova, Lesinha CCXX libre quas tenet dominus Ph. de Monte Forti, *Campendut*, *Albars*, *Mos* quas tenet R. de *Campendut* IIII^{xx}VIII libre, Ventajonum XXX libre quas tenet uxor B. *Destor*, *Comelas* VI libre quas tenet *Aleumes*, prepositus Carcassone, Cojanum XV libre quas tenet Rain. Chaudaron ; summa DCCXXXVII libre. Datum Carcassonne, V kalendas martii, anno Domini MCCXXXII.

a. Burlacho B.- b. Orcola B.- c. Malivers B.- d. Sic B.- e. Sic B, il doit s'agir de Millegrand. - f. Luichum B.

116

1243 [n. st.], jeudi 26 février.¹

Acte de l'assise faite par Guillaume des Olmes chevalier sénéchal de Carcassonne à Philippe de Bordes chevalier et à Raymonde sa femme de 80 L mel. sur les châteaux de Clermont, de Bastide de Surlac et autres y exprimés (en compensation de l'héritage de Raymonde qui s'élevait à 80 livres).

Source : Doat-vol. 153, fol. 169.

Pro eisdem Philippo

Noverint universi presentem paginam inspecturi quod nos Guillelmus de Hulmis miles, senescallus Carcassone, litteris patentibus domini regis super facto Philippi de Bordis militis et Raymunde nobilis uxoris sue nobis directe diligentissime intellectis per diligentem inquisitionem invenimus quod terra, que de hereditagio jamdicte domine Raymunde movebatur, quam terram dominus rex et alii quidam tunc pro domino rege tenebant, valebat bene octuaginta libras melgorienses, et ideo juxta mandatum domini regis per suas patentes litteras predictas nobis datas eisdem Philippo de Bordis militi et domine Raymunde uxori sue octuaginta libras melgorienses assignavimus in terra ecclesiarum domino regi commissa, quam non poteramus ad manum domini regis retinere, videlicet apud Claromontem bastidam de Surlacho et apud Boyssam viginti libras annuatim, et apud Sepianum sex libras, et apud Ledinhanum superiorem sex libras. Item apud Malineris quindecim libras, de quibus debent censuales viginti solidos annuatim, et apud Ventagionem tresdecim libras. Isti autem redditus tenebantur a monasterio Crasse. Item assignavimus eisdem domino Philippo et uxori sue

septemdecim libras apud Brugairolis, quod movebatur a monasterio Montis Olivi. Item quatuor libras apud Campum liberum, quod tenebatur ab abbate Sancti Ylarii, et sic sunt completa octuaginta libre predictae, in quorum premissorum testimonio sigilli nostri munimine presentem paginam fecimus roborari. Datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, die jovis ante brandones.

1- Le texte est daté du jeudi avant les Brandons, c'est-à-dire le jeudi avant le premier dimanche du Carême de 1243 (puisque le style royal est un style de Pâques, il faut rectifier la date en 1243).

117

1246, septembre. – Nangy

Donation du Roy St Louis en faveur de Guillaume Abanni et ses frères de quatre librades de revenu annuel sur la seigneurie de Roquenégade. [Un des frères nommé Bérenger est arbalétrier du roi ; les 4 livrées ont été confisquées à Bertrand de Roquenégade pour un forfait.]

Source : Doat-vol. 153, fol. 159.

Pro dominis Guillelmo et Raymundo Abbanni fratribus

Ludovicus Dei gratia Francorum rex universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos donationem et concessionem illam quam dilectus et fidelis noster Symon de Autolio miles fecit delectis et fidelibus nostris Raymundo Abbanni, [Guillermo Abbanis] et Berengaris, ballistario nostro, fratribus et ipsorum heredibus super eo quod habebat in villa [fol 160] de Rocanegada et in terminis ejus ad valorem duodecim librarum turonensium annuatim prout in ejusdem Symonis litteris super hoc confectis et ejus sigillo sigillatis vidimus contineri. Salvo jure nostro et alieno, volumus et laudamus dedimus etiam eisdem fratribus quatuor libratas annui redditus que nobis obvenerant de Bertrando de Rocanegada pro ejusdem Bertrandi forisfacto, salvo jure nostro et alieno. In cujus rei testimonium presentes litteras eisdem concessimus ad preces et instantiam Symonis supradicti, sigilli nostri munimine roboratas. Actum apud Nangiis, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto mense septembris.

118

1247, juin. - Melun.

Louis IX mande à J. de Cranis, sénéchal de Carcassonne, de restituer à l'abbé de Lagrasse, en raison des services rendus pendant la guerre [des Albigeois] ce que le roi tient à Palairac, Milleret, Comelles, Boussac, Luc et Canos, en raison du faidiment de certains chevaliers qui tenaient ces biens en fief de l'abbé.

Source : Lagrasse II-A17, p. 355.

B. Bibl. nat. de Fr., lat. 9996, fol. 31. - C. Id., fol. 41. - D. Id., fol. 10. - E. Bibl. Nat. de Fr., coll. Doat, vol. 66, fol. 442, 431 et 433, d'après B, Cet D. - F. Bibl. Nat. de Fr., coll. Languedoc-Bénédictins, vol. 79, fol. 297, d'après « ms Colbert. 2275 », c'est-à-dire d'après B, Cou D.

a. Mahul, t. II, p. 273.

INDIQUÉ Trichaud, fol. 433. - Hist. Languedoc, cat. Lagrasse, n° 144.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli suo J. de Cranis^a, senescallo Carcassone, salutem et dilectionem. Mandamus vobis quod, propter fidele servicium quod dilectus noster abbas Crassensis fecit nobis et genti nostre in guerris transactis, totum quod tenemus apud Palairachum^b ratione faidimenti quorundam militum vel alio modo et feodum de Millanello, de Comellis et Busenacho^c cum eorum pertinentiis, que omnia dicit dictus abbas ratione feodi^d ad suum monasterium pertinere eidem abbati et monasterio perpetuo concedatis et quedam feoda^e, videlicet de Luco^f et Canois^g et alia feoda^e ad suum monasterium pertinencia que tenetis similiter in manu nostra ratione faidimenti quorundam militum tenentium ab eodem abbate feodae memorata. Unde vobis mandamus quatinus feodae predicta, si propter faidimentum jamdictum tenetis, restituatis eidem nisi aliquid aliud rationabile sit in causa propter quod facere minime debeatis ; quod si fuerit, illud nobis scire per vestras litteras faciatis. Actum Melodunum^h, anno Domini MCCXLVII, mense junio.

a. Scranis BC. - b. Palayrachum C.- c. Busenaco D.- d. feudi D.- e. feuda D.-f. Lucco C.- g. Canoys D.- h. Meludunum C, Meleduno D.

119

1248, août. - « In navi nostra ».

Louis IX mande à Guillaume de Piano, sénéchal de Carcassonne, de faire respecter l'accord conclu avec l'abbaye de Lagrasse au sujet des fiefs de l'abbaye, de restituer à l'abbé la moitié des revenus des fiefs, dépendant de lui et tenus par le roi au moment où il était à Aigues-Mortes, que le sénéchal avait perçus jusqu'à réception de cette lettre et le village de Pulchro Visujadis engagé par l'abbé à Isarn Bernard de Fanjeaux et confisqué à cause de l'hérésie de celui-ci, de faire prêter hommage à l'abbé et de faire acquitter les redevances féodales pour les fiefs de Lézignan, Luc, Canos, Capendu, et ceux du Termenès par ceux à qui le roi les a concédés, de remettre l'abbé en saisine des albergues de Roubia, de la haute justice de la terre qu'il tient du roi à Narbonne, du village de Lapalme et des autres possessions et revenus jusqu'ici perçus qu'A. de Narbonne, E. de Lapalme et leurs fils et G. de Donis avaient enlevés par la force à l'abbé, de faire remettre l'abbé en saisine, par X de Barbaira, des châteaux de Padern et Mouillet tenus par l'abbé et le roi au temps de la guerre contre le comte de Toulouse, et de les protéger jusqu'à ce que la question soit réglée devant le sénéchal, de faire justice dans le cas des fils d'E. de Lapalme accusés d'avoir tué un moine, d'assigner à R. de Capendu ce que le roi tient à Barbaira, Floure et Aiguesvives en compensation de ce que led. R. tenait du roi à Fontcouverte et Comigne et qui restent à l'abbé, d'assigner à A. de Montlaur et à P de Grave sur ce que le roi tient à Peyriac autant que ce qu'ils possédaient à Montlaur et à Cazilhac, dont une maison de Peyriac ayant appartenu à feu Esquieu de Minerve aud. A., et de dédommager les autres seigneurs par des assignations équivalentes à ce qui leur avait été concédé par le roi puis assigné par l'abbé, faites sur les fiefs d'Église tenus par le roi et, si ce n'était pas suffisant, sur les terres du roi. Le roi mande en outre de faire assigner par l'abbé sur les fiefs qui lui restent 30 livres de rente annuelle à D. et B., frère et neveu de l'abbé, et 20 livres à P et G., fils de Raimond de Capendu.

Source : Lagrasse II-173, p. 218-219.

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Doat, vol. 66, fol. 339, d'après un rouleau de parchemin trouvé dans le charrier du roi à Carcassonne. – C. Copie moderne sur papier, Arch. Dép. Aude, H 12.

a. Martène, *Thesaurus anecd.*, I, 1035. - Mahul, t. II, p. 273.

INDIQUÉ : *Hist. Languedoc*, cat. Lagrasse, n° 146.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli suo G. de Piano, senescallo^a Carcassone, salutem. Mandavimus quatinus compositionem factam inferius scriptam inter nos et ecclesiam Crassensem de omnibus feodis^b ejusdem ecclesie predicte servetis et ab aliis servare^c faciatis et^d medietatem reddituum et proventuum de feudis ecclesie predicte^e que tenebamus in manu nostra quando fuimus apud Aquas Mortuas, quos inde perceperitis^f donec presentes recipiatis litteras et villam de Pulchro Visu, quondam per abbatem Crassensem pignore obligatam Isarno Bernardi de Fano Jovis, quam^g pro ipsius heresi in manu nostra tenemus, restituatis abbati predicto ; et pro feodis de Lisiniano^h, Lucoⁱ, Canois^j, sitis in Narbona^k, et Cane Suspenso et aliis feodis ipsius^l ecclesie constitutis in Terminis^m, quibus ea concessimus et concesserimusⁿ faciatis fieri eidem abbati homagia et redeventias^o debitas jure feodi. Item vobis mandamus ut ressaiciatis abbatem predictum de albergis^p de Robiano et majoribus justiciis terre quam abbas tenet a nobis in Narbonensi^q et de villa de Palma et possessionibus aliis et redditibus inde perceptis quos^r Amalricus de Narbona et Ermengardis de Palma et filii sui et G. de Donis, miles, auferunt^s per violentiam abbati memorato. Et de castris de Paterno et de Moletto^t que nos et abbas predictus tenebamus tempore quo nobis movit guerram comes Tholosanus, cujus guerre facta pace debuimus ressaiciri, faciatis a Xatberto de Barbairano abbatem predictum ressaiciri et ressaicitum a predictis deffendatis donec coram vobis per jus, secundum morem patrie, questio eorum terminetur. Et de filiis E. de Palma qui dicuntur interfecisse quemdam monachum Crasse, debitam justitiam faciatis. Ceterum vobis mandamus ut pro his que dilectus et fidelis noster R. de Cane Suspenso tenebat per nos de feodis abbatis predicti et in Fonte Cooperto et Cominiano que omnia remanent abbati, assignetis perpetue^v predicto R. et heredibus suis quidquid tenemus in manu nostra apud Barbairanum, Fluranum et Aquam Vivam et de his Bertrandum de Mallaco^w, procuratorem dicti R., in saisina mittatis ; et similiter Aimerico de Monte Lauro et Petro de Grava, militi, tantum quantum tenent per nos apud Montem Laurum et Casillacum^x assignetis de his que tenemus in manu nostra apud Peyriacum^y, cui A. domum de Peyriaco^z quondam Esquivi de Minerba concedatis ad morandum ; et ceteris tantum quantum tenent per nos in feodis et locis restitutis et concessis abbati predicto assignetis de feodis ecclesiarum que tenemus in manu nostra vel si feoda non sufficiunt, tantum de terra nostra eis detis. Preterea vobis mandamus ut D. et B.^{aa}, fratri et nepoti dilecti nostri abbatis Crassensis^{ab} XXXlibras et P. et G., filiis predicti R. de Cane Suspenso XX libras annui redditus a predicto abbate de remanentibus feodis ipsius assignari faciatis et reddatis presentes litteras eidem abbati, retinentes transcriptum earum et compositionis facte in libro nostro curie Carcassone. Actum in navi nostra, anno Domini MCCXLVIII, mense augusto.

a. senescalli C. - b. feudis, C, *ainsi que dans le reste du texte.* - c. servari C.- d. et *omis* B.- e. de ecclesia predicta C.-f. precepistis C.- g. que C.- h. Lezignano C i. Lucco C.- j. Cannis C.- k. *Corriger* Narbonensi-. i. ejusdem C.- m. Terminis B. - n. concessimus *sic* C.- o. reddeventias B. - p. alberguis C.- q. Narbona B.- r. quas B.- s. aufert C.- t. Malleco B.- u. Tolosano C.- v. perpetuo C.- w. Malacco C.- x. Casiliacum C.- y. Peiriacum B.- z. Peiriaco B.- aa. C C.- ab. Crass eC.

120

1248, août. - « In navi nostra ».

Louis IX notifie l'accord qu'il a conclu avec Raimond de Capendu, procureur de l'abbaye de Lagrasse, au sujet des fiefs mouvant de l'abbaye qu'il tenait en sa main au moment où il se trouvait à Aigues-Mortes - lesquels fiefs avaient été restitués par Louis VIII en même temps qu'étaient concédés les biens confisqués pour hérésie et faidiment sur les terres de l'abbaye¹ -. Le roi conserve les fiefs de Luc, Bouisse, Villaret, Aureria, Lauriol, Castelione, Segure, Paziols, Tuchan, Couisse, Fourques, Massac, Massaguel, Durfort, La Roque-de-Fa, les vallées de la Caulière et de la Caudelière, Vignevieille et Maisons qu'il pourra concéder à qui lui plaira, les

tenanciers devant l'hommage et les redevances féodales. Raimond de Capendu abandonne les autres fiefs concédés par le roi à ses gens, à savoir : Villelongue, Montgradail, Couzan, Ventajou, Jouarres, Couffoulens, Leuc, Bellegarde, Peyremale, Rassetum, Lagarde et les moulins de la Parade ainsi que le château de Palairac sauf l'église et les droits y attendant, la dîme des mines d'argent et la maison de P. Cadoali et sa descendance. Le roi restitue en toute propriété à l'abbaye les autres fiefs, à savoir : Clermont, Greffeilh-le-Bas, la Bastide-en-Val, Montlaur, la Valhorquièrre, Gabart, Alaric, Le Bas, Moux, Badens, Ferrals, ce que possède R. de Capendu à Comigne et Fontcouverte et ce qu'il tenait en sa main des fiefs ou domaines de l'abbaye lorsqu'il était à Aigues-Mortes. Il restitue les fiefs de Lézignan et de Capendu dont les tenanciers devront l'hommage et les redevances à l'abbé. En compensation du château de Palairac et des autres fiefs qu'il conserve, le roi donne Pezens, Buadelle, Setsérous, Malves, Villegly, Villarzel, Villarlong, Rieux-en-Val, Serviès, Villaudry, Caunettes-sur-Lauquet, Villetritoulz, Faviès, Vilar, Arquettes et tout le Val-de-Dagne, et le territoire de Peyremale pour 200 livres de rente annuelle. Il restitue les confiscations pour hérésie et faidiment sur les domaines et fiefs de l'abbaye, confirme les privilèges octroyés par ses prédécesseurs et prend l'abbaye sous sa protection².

Source : Lagrasse II-174, p. 220-222.

A. Original perdu.³

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Doat, vol. 66, fol. 341, d'après un rouleau de parchemin dans le chartrier du roi à Carcassonne (d'après une copie notariée de 1251 voir annexe n° 21).

a. Mahul, t. II, p. 274.

INDIQUÉ : Gallia Christiana, t. VI, col. 948. - Hist. Languedoc, cat. Lagrasse, n° 147.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis quod de omnibus feodis moventibus a Crassensi ecclesia que qualibet ratione nos tenebamus in manu nostra vel aliquis per nos tenebat quando venimus apud Aquas Mortuas, que feoda novimus esse libere restituta ecclesie predictae et concessa cum faidimentis et heresibus que poterant evenire in domaniis et feodis ipsius ecclesie per litteras karissimi domini nostri et genitoris venerande memorie Ludovici quondam regis Francie, in navi nostra inter nos ad invicem et dilectum et fidelem nostrum R. de Cane Suspenso, procuratorem ecclesie predictae, talis compositio intervenit, quod nos habeamus feoda de castris et villis videlicet de Luco, Buxa, Vilario, Aureria, Aureriola, Castellione, Segura, Pasulis, Tuxano, Couizano, Furchis, Massaco, Massaguello, Duro Forte, Roca de Fano, Valle Cauleria, Valle Caulereta, Vinea Vetula et Mansionibus ad dandum quibus nobis placuerit pro nostra voluntate, et quibus ea concesserimus et eorum successores tenebuntur facere abbati Crassensi homagium et reddeventias debitas jure feudi; et insuper dictus procurator alia feoda ecclesie que nos concesseramus nostre genti, castra et villas de Villalonga, Monte Gardallo, Cojano, Ventajone, Najoharas, Coffolento, Leuco, Bella Garda, Valle Pigeria, Rasseto, Garda cum molendinis de La Parada, nobis et nostris libere solvit et perpetue quitavit et etiam castrum de Palairaco ipsius ecclesie cum sui pertinentiis preter ecclesiam dicti castri cum decimis et primitiis ejusdem et decimam de mineriis argenti, cum domo Pontii Cadoali et hereditate ac prole sua, que omnia libere remanent abbati predicto. Nos igitur restituimus et concedimus libere et perpetue in proprietatem ecclesie predictae alia feoda ipsius ecclesie scilicet castra et villas de Claro Monte, Agrifolio inferiori, Surlaco, Monte Lauro, Valle Orqueria, Gavarto, Alarico, Albario, Musso, Badenchis, Ferralibus in Minerbesio et que in Cominano et Fonte Cooperto dictus habet procurator et ea que in manu nostra tenebamus vel aliquis per nos tenebat in domaniis et ceteris feodis ecclesie supradictae quando apud Aquas Mortuas venimus ; item restituimus ecclesie memorate feoda de Lizinian, Cane Suspenso, ut tenentes ea faciant abbati Crassensi homagia et reddeventias consuetas jure feodi; et pro emenda castri de Palairaco et feodorum predictorum que nobis libere remanent, concedimus libere et perpetue Pesenos, Buadellam, Septem Sorores, Malvas, Vilaiglinum, Vilarzel, Vilarlone, Rivum

in Valle Aquitania, Cerviarium, Vilandriz, Caunam de Leuquato, Vilatritolz, Faverium, Vilarium, Archas cum tota Valle Aquitanie et terminium de Petra Mala pro ducentis libris annui redditus, cum omnibus dominationibus et terminis eorumdem ; et omnia fidei iumenta et heredes que decetero evenirent in domaniis et feodis ejusdem ecclesie, libere eidem restituimus et perpetue quitamus ; et omnes libertates et regalias ecclesie antedictae quondam per predecessores nostros concessas et per karissimum dominum nostrum et genitorem predictum confirmatas similiter approbamus et confirmamus sicut plenius in ejusdem ecclesie continetur privilegiis et preceptis. Et recipimus perpetue ecclesiam memoratam cum tota terra sua sub nostra speciali defensione et garda. Et insuper mandamus et firmiter precipimus presenti senescallo Carcassone et futuris ut abbatem

Crassensem et ecclesiam cum tota terra sua ab omnibus malefactoribus et molestatoribus perpetue defendant sicut terram nostram. Actum in navi nostra, anno Domini MCCXLVIII, mense augusto.

1- L'authenticité de cet acte a été mise en doute par un moine qui déclarait avoir remarqué un défaut dans le dessin de la fleur de lys du sceau. Il avoua en 1255 qu'il avait menti par haine de l'abbé (v. acte n° 189). La falsification est difficilement démontrable. Le contenu de l'acte ne semble pas invraisemblable, puisque Louis IX y limite la portée de la donation de Louis VIII (voir acte faux n° 2). – 2. Sur cet acte, voir introduction. – 3. Cet acte s'est trouvé peu de temps dans les archives de l'abbaye : voir acte n 189, dans lequel un moine déclare l'avoir détruit.

121

1249 (n. st.), 5 avril. - Carcassonne.

Jean de Cranis, sénéchal de Carcassonne, exécute le mandement du roi Louis IX lui enjoignant, en raison des services rendus au roi par l'abbé Bernard de Lagrasse lors de la guerre contre les Albigeois, de concéder à celui-ci et à son monastère tout ce que le roi tient à Palairac pour cause de fief ou pour toute autre raison et les fiefs de Milleret, Commelles et Boussac, lesquels appartiennent au monastère.

Source : Lagrasse II-A20, p. 357.

B. Bibl. nat. de Fr., coll. Doat, vol. 66, fol. 442, d'après le Registrum Curie Francie¹.

INDIQUÉ : Hist. Languedoc, cat. Lagrasse, n° 148. - Mahul, t. II, p. 273.

Noverint universi presentes litteras inspecturis quod nos Johannes de Crannis, miles, senescallus Carcassone, habuimus mandatum domini Ludovici, illustrissimi regis Francie, per suas litteras, sigillo pendente, ut, propter magnum et fidele servitium quod venerabilis pater dominus B., Dei gratia abbas Crassensis, ei et sue genti fecerat in guerris transactis, concederemus in perpetuum eidem et Crassensi monasterio totum quantum dominus rex predictus tenebat ad manum suam apud Palairachum, ratione fiefi vel alio modo, et feudum de Millanello, de Comellis et Busenaco cum eorum pertinentiis, que feoda ad monasterium pertinent antedictum. Unde predicta omnia damus et concedimus, autoritate domini regis predicti, dicto domino abbati et monasterio in perpetuum et eum in assisia mittimus de predictis. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud Carcassonam, anno Domini MCCXLVIII, nonas aprilis.

1. Il n'a cependant été trouvé mention de cet acte ni dans le Registrum Curie Francie (Bibl.nat. de Fr., lat. 9988), ni dans le ms lat. 9996, que le copiste de Doat confond ordinairement avec le Registrum.

122

1250, juillet

Donation du Roy St Louis en faveur de Guillaume Abbanni et à ses frères de vingt huit livres de revenu annuel [sur ses possessions en Val de Dagne, Rieux, Villetritouls, Faviers, Villar, Pradelles, Montlaur]

Source : Doat-vol.153 fol. 160.

Pro dominis Guillelmo et Raymundo Abbanni fratribus

Ludovicus Dei gratia Francorum rex notum facimus quod nos dilectis et fidelibus nostris Raymundo et Guillelmo Abban fratribus, obtentu devoti servicii quod nobis impenderunt, dedimus et concessimus sibi et heredibus suis in perpetuum viginti octo libras turonenses annui redditus, assignandas et assidendas eisdem in redditibus nostris quos habemus in Valle Danie apud Riau, apud Villas Cristols, apud Faviers, apud Villare, apud Pradellas et apud Montem Lauri. Quod et ratum et stabile permaneat, presentes litteras sigillo nostro fecimus comuniri. Actum Acon [...], anno Domini millesimo ducentesimo quiquagesimo, mense julio.

123

1251 [n. st.], janvier¹

Acte de l'assise faite par le sénéchal de Carcassonne à Guillaume Abbanni de tout ce que sa Majesté avait dans les villes de Pratellis de Rivo et autres lieux y exprimés [pour 12 livres et 9 sous melgoriens à Pradelles, 12 livres 18 sous et 7 deniers à Rieux]

Source : Doat-vol. 153 fol. 161.

Pro dominis Guillelmo et Raymundo Abbani fratribus

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Guillelmus de Piano, miles, senescallus Carcassone et Bitterris, recepimus litteras domini regis patentes in hunc modum :

Ludovicus Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli suo Guillelmo de Piano, [fol. 161v] senescallo Carcassone, salutem et dilectionem. Cum nos dilectis et fidelibus nostris Raymundo et Guillelmo Abbani propter gratum eorum servcium, etc. ut supra.

Igitur nos Guillelmus de Piano senescallus supradictus predictis Raymundo et Guillelmo Abban et suis heredibus juxta mandatum domini regis supradictum assedimus, et in assiziam ponimus totum quidquid dominus rex habet usque ad hodiernam diem in villa de Pratellis et suis pertinentiis pro duodecim libris et novem solidis melgoriensibus. Item quidquid similiter habet usque ad hodiernam diem in villa de Rivo, et suis pertinentiis, et terminio de Aspiris, et quidquid Pontius de Arca de Rivo habebat in terminio de Villa Magna cum uno campo, que tenebatur a dominis de Duroforte, et census quem homines de Rivo faciunt pro Villaudriz pro duodecim libris et decem et octo solidis melgoriensibus et [fol. 162] septem denariis. Item apud Villam Tritols quadraginta solidos malgoriensis pro quista, et ibidem quoddam molendinum pro tringinta solidis melgoriensibus quod fuit Piquerii et Petri Argila, et est prope salam in ripparia de Alasan. Item expletum predictarum villarum de Pratellis et de Rivo pro quiquaginta duobus solidis, et quinque denariis melgoriensibus. Et ad majorem precedentium firmitatem sigilli nostri munimine presentes litteras fecimus comuniri. Actum anno domini millesimo ducentesimo quiquagesimo, mense januarii.

1- daté de 1250, en style royal (de Pâques), ce texte doit être de 1251.

Articles présentés par devant le sénéchal de Carcassonne par lesquels il est porté entre autres choses que Xatbertus de Barbairano hérétique et enemy du Roy et de l'Eglise s'estoit emparé du château de Montlaur confisqué à cause de faidiment d'où il faisoit la guerre à la ville de la Grasse laquelle tenoit le parti du Roy que lors de la guerre du Comte de Tholouse ledit Xatbertus et Aimeric de Montlaur faisans la guerre au roy et à l'Eglise leurs serviteurs prirent un messenger de l'Abé de la Grasse qui portait de lettres prises à la Cité de Carcassonne que G. Dulmeos sénéchal [10v] de Carcassonne envoioit au Roy et au Conseil pour le secours et le conduisirent auxdits Xatbert et Aimeric de Montlaur lesquels l'envoyerent au Comte de Tholouse qui le livra à G. de Rocafort pour le faire brusler, que lesdites guerres ayant fini le dit G. Dulmeos sénéchal avoit fait saisir ledit château par Guy de Podio Viridi et P Stephani de Faveriis qui fut restitué à Auda mère dudit Aimeric soustenant ledit château luy estre obligé pour sa dot, laquelle Auda estant emprisonnée à Carcassonne à cause d'hérésie ledit château tomba derrechef en commis et l'on découvrit qu'il [11] n'estoit point obligé à ladite Auda pour raison de sa dot.

Source : Doat-vol. 154 fol.10.

Noveritis domine senescalle quod castrum de Monte Lauro ratione faidimenti est comissum domino regi, eo quia tempore guerrae vicecomitis Xatbertus de Barbairano qui tunc erat hereticus sententiatus et inimicus domini regis et ecclesiae intravit dictum castrum ponendo ibi vexillum suum et inde fecit guerram villae Crassae, quae faciebat guerram pro domino rege et abbas iverat ad dominum rege pro succursu, et habuit dictus Xatbertus oves Pe de Crassa et Guillelmi de Monte Lauro hominum de Crassa quas duxit ibi.

Item in guerra comitis Tholosae, fecit dictus Xatbertus et Aimericus supradictus guerram domino regi et ecclesiae et litteras quas de civitate Carcassonae [11v] extrahebat nuncius abbatis Crassensis nomine Castilione quas mittebat dominus G. Dulmeos senescallus tunc Carcassonae domino regi et consilio pro succursu cum eodem Castilione, servientes dicti Xatberti ceperunt et captum dictum Castilionem ad Xatbertum apud Montem Laurum duxerunt. Et dictus Xatbertus et A. de Monte Lauro dictum Castilionem comiti Tholosae quondam tradiderunt in terminio de Casillaco, qui comes eundem tradidit ad comburendum G. de Rocafort et de ejus captione interrogentur Arnaldus Fina de Monte Lauro et Raymundus Gousens sacramento mediante.

Item sedata prima guerra et secunda, dictus senescallus G. Dolmeos propter dicta forisfacta fecit emparari dictum castrum tanquam comissum domino regi per Guidonem de Podio Viridi et P Stephani de Faveriis et bis emparatum venit Domina Auda mater Aimerici et repeti[¶]it dictum castrum tanquam [12] sibi obligatum in dotem, eo quia in dictis guerris morata fuit apud Dosencs et apud Crassam, pro qua dote fuit sibi restitutum. Et postea, cum ipsa fuit immurata pro haeresi apud Carcassonam et baiuli domini regis emparaverant dictum castrum tanquam sibi pro ipsius haeresi commissum fuit discoperta fraus quam faciebat dicta domina scilicet quod non habebat dotem supradictum castrum et ita remansit castrum dicto Aimerico.

Item ponatur quod pro supradictis rationibus non esset comissum dictum castrum domino regi dictus A. non habet nec debet habere aliquid in dicto castro cum pater suus et omnes milites terrae erant contra comitem Montisfortis ad quem spectabat dominium terrae quando comes Montisfortis totam terram istam tanquam sibi commissam concessit Parisius

domino regi viginti septem anni sunt elapsi [12v] et post ea, nec dictus A. nec pater suus habuerunt concessionem dicti castrum a domino rege.

Item ponatur quod propter praedicta dominus rex non habent^a in castrum sibi commissum ad minus omnia faidimenta dicti castrum pertinent ad dominum regem videlicet tertia pars quam habebat ibi Bernardus de Monte Lauro faiditus, et alia tertia pars quae erat Capituli Bovi et Bertrandi de Rocanegada et Raymundi de Monte Lauro et Arnaldi de Faveriis faiditorum, et alia tertia pars erat Aimelii et Arnaldi de Villa Lauro fratrum. Qui Arnaldus habuit unam filiam quae fuit mater Bertrandi de Capitestagno ; qui Bertrandus tenebat partem matris suae quando fuit faiditus et omnia praedicta faidimenta praedictorum faiditorum tenuit pater praedicti Aimerici et mater sua et ipse A. in fraudem domini regis.

Item Aimelius de Villa Laur frater dicti [13] Arnaldi habuit duas filias, quarum una est mater uxoris Bugarelli et alia quae fuit mater Jordaneti de Laurano. Qua mortua dictus Jordanetus vendidit partem suam patri Aimerici supradicti postquam dominus rex habuit dominium terrae sine alicujus laudamento et aliam partem abstulit matri uxoris Bugarelli eo quia vidua erat et impotens jus suum repetendi.

Item verum est quod praedicti domini, quando construxerunt castrum de Monte Lauro in montem qui vocabatur Mathus, qui mons erat monasterii Crassae, dederunt tunc vicecomiti unum locale in dicto castro et furnum et unum pratum et justitias majores, ut permitteret vicecomes construi ibi castrum [cum permaliciam non permittebat ibi construi castrum] cum esset in dominio monasterii Crassae quod locale, pratum, furnum et justitias majores dictus vicecomes contulit Raymundo Ermengauda avo istius [13v] Aimerici et ecce quod jus habet dictus Aimericus apud Montem Laurum quia non habet ibi nisi praedictum donum vicecomitis et partem emptam Jordaneti de Laurano in fraudem domini regis et tres homines videlicet Raymundum Vincentii et filiam Petri Fabri et Bernardum Laurentii et filiam Pontii Ynardi quae fuit de emptione dicti Jordaneti et monasterium Crassae habet ibi viginti septem homines qui fuerunt de Sancto Genesio villa monasterii Crassae sita juxta Monte Laurum, quam dictus avus dicti Aimerici in pignore habebat a monasterio Crassae et quam diruit et homines posuit in dicto castro de Monte Lauro et de lapidibus ecclesiae et clocarii dictae villae Sancti Genesii fecit construi domos dicti castrum ubi dictus Aimericus moratur et dominus rex habet ibi quinque homines scilicet Pe. Fabri, Bernardum Johannis, Auriolum, Villafrancos et [14] Guillelmum Guiffre.

Item Pe. Mantonem et Poncius Dominici fratres et filii Poncii de Mairotiis erant homines Berengerii de Fontiano quondam faiditi quos tenet dictus Aimericus.

Quare domine senescalle si praedicta inquiri feceritis diligenter coram vestra praesentia per homines de Monte Lauro per sacramentum et quod Aimericus mandat eis quod dicant veritatem et per Raymundum de Faveriis qui est anticus et per Pe. Stephani de Faveriis qui fuit bajulus domini regis in Valle Aquitaniae et per matrem uxoris Bugarelli et per homines de Crassa invenietis super praemissis plenissime veritatem et omnia praedicta vobis insinuo ut sicut tenemini et fideliter servatis in aliis negotiis jus domini regis illesum ita de facto de Monte Lauro praevideatis ut ultra quam debeat non [14v] habeat inde emendam dictus Aimericus.

Extrait et collationné sur une copie écrite en parchemin trouvée au trésor des chartes de ladite majesté en la cité de Carcassonne. Par l'ordre et en la presence de Mossire Joan de Doat, etc.

1. Mahul date ce texte de 1248, probablement parce que ce document est copié après une série d'actes datés de 1248, et avant d'autres de 1249. Mais la mention de *quando comes Montisfortis totam terram istam tanquam sibi commissam concessit Parisius domino regi viginti septem anni sunt elapsi et post ea* nous fait pencher pour une datation de 1224+27=1251.

a- Le sujet du verbe « rex » étant au singulier, le verbe ne peut être au pluriel, il faut donc lire « habet ». Il s'agit vraisemblablement d'une erreur du copiste de Doat

Traduction :

Vous avez su seigneur sénéchal que le *castrum* de Montlaur a été confisqué par le seigneur Roi pour cause de faidiment, parce que du temps de la guerre du Vicomte Chabert de Barbaira, qui à cette époque avait été condamné comme hérétique et ennemi du Seigneur Roi et de l'Eglise, entra dans ledit *castrum*, plantant là son propre drapeau, et de là fit la guerre à la ville de Lagrasse qui elle-même combattait pour le Seigneur Roi, et l'abbé était allé voir le seigneur Roi pour (lui demander) du secours et ledit Chabert enleva les brebis de Pierre de Lagrasse et de Guillaume de Montlaur, hommes de Lagrasse, et les conduisit là.

De même, pendant la guerre du comte de Toulouse, ledit Chatbert et le susdit Aimeric firent la guerre au seigneur roi et à l'église, et les lettres que le messager de l'abbé de Lagrasse, nommé Castillon, avaient extraites de la cité de Carcassonne, lettres que le seigneur G. Dormois alors sénéchal de Carcassonne envoyait au seigneur roi et au conseil avec ledit Castillon pour le secours (demandé), les serviteurs dudit Chatbert les prirent, et ils conduisirent le dit Castillon, prisonnier, à Chatbert à Montlaur. Et ledit Chatbert et A. de Montlaur livrèrent Castillon à feu le comte de Toulouse dans le terroir de Cazilhac, lequel comte le livra à Gui de Roquefort pour le brûler, et Arnaud Fuia de Montlaur et Raymond Gousens ont été interrogés sous serment à propos de cette captivité.

Une fois les première et deuxième guerres finies, ledit sénéchal G Dormois, à cause desdits forfaits, fit saisir ledit *castrum*, pris en commise, au bénéfice du seigneur roi, par Guido de Puivert et Pierre Etienne de Favers. Et, après qu'il a été saisi deux fois, Dame Aude mère d'Aimeric vint et réclama ledit *castrum* comme lui ayant été concédé en dot, parce que pendant lesdites guerres elle demeurait à Douzens et à Lagrasse : en raison de sa dot il lui fut restitué. Et par la suite, comme elle-même fut emmurée pour hérésie à Carcassonne et que les bayles du seigneur roi s'étaient emparés dudit *castrum* pris en commise par eux à cause de son hérésie, la fraude qu'avait commise ladite dame fut découverte, c'est-à-dire qu'elle n'avait pas ledit *castrum* en dot, et ainsi le *castrum* resta audit Aimeric.

Une fois établi que pour les susdites raisons le dit *castrum* n'était pas tombé en commise au seigneur roi, ledit Aimeric n'a ni ne doit avoir quoi que ce soit dans ledit *castrum*, puisque son père et tous les chevaliers de la terre étaient contre le comte de Montfort auquel revenait la seigneurie de la terre, quand le comte de Montfort concéda à Paris toute cette terre prise en commise par lui, vingt-sept années se sont écoulées et ensuite, ni ledit Aimeric ni son père n'eurent la concession dudit *castrum* du seigneur roi.

Une fois établi qu'en raison de ce qui vient d'être dit le seigneur roi n'avait rien en commise dans le *castrum*, au moins tous les faidiments dudit *castrum* reviennent au seigneur roi, à savoir le tiers qu'avait là Bernard de Montlaur faidit, et un autre tiers qui était à CapBiau et à Bertrand de Roquenégade et à Raymond de Montlaur et à Arnaud de Favers faidits, et l'autre tiers qui était à Aimelius et à Arnaud de Villa Laur frères. Lequel Arnaud eut une fille qui fut la mère de Bertrand de Capestang ; lequel Bertrand tenait la part de sa mère quand il fut faidit, et le père dudit Aimeric tenait tous les dits faidiments desdits faidits et sa mère et Aimeric lui-même, en trompant le seigneur roi.

De même Aimelius de Villa Laur frère dudit Arnaud eut deux filles, parmi lesquelles l'une est la mère de la femme de Bugarelli et l'autre fut la mère de Jordanet de Laurano. Une fois celle-ci morte, ledit Jordanet vendit sa part au père dudit Aimeric après que le seigneur roi eut la seigneurie de la terre sans le consentement de quiconque et il enleva l'autre part de la mère de la femme de Bugarelli parce qu'elle était veuve et impuissante à faire valoir son droit.

De même il est vrai que lesdits seigneurs, quand ils construisirent le *castrum* de Montlaur sur le mont qui s'appelait Mathus, lequel mont était au monastère de Lagrasse, donnèrent alors au vicomte un lieu dans ledit *castrum*, un four, un pré et les hautes justices, afin que le vicomte permette qu'un *castrum* soit construit là, alors que par malice il ne le permettait pas, et quoi qu'il fût dans la seigneurie du monastère de Lagrasse, ledit vicomte conféra lesdits local, pré, four et hautes justices à Raymond Ermengaud grand-père de cet Aimeric. Et voici d'où vient le droit d'Aimeric à Montlaur, attendu qu'il n'a rien sauf le dit don du vicomte, et la part achetée à Jordanet de Laurano en trompant le seigneur roi, et trois hommes à savoir Raymond Vincent et la fille de Pierre Fabre et Bernard Laurent et la fille de Pons Ynard qui faisait partie de l'achat dudit Jordanet, et le monastère de Lagrasse avait là vingt-sept hommes qui furent de Saint Génis, *villa* du monastère de Lagrasse sise à côté de Montlaur, que le dit grand-père dudit Aimeric avait en gage du monastère de Lagrasse et qu'il détruisit, et il déplaça les hommes dans ledit *castrum* de Montlaur et il fit construire les maisons dudit *castrum* avec les pierres de l'église et du clocher de ladite *villa* de Saint Génis, *castrum* où ledit Aimeric demeure, et le seigneur roi possède là cinq hommes à savoir Pierre Fabre, Bernard Jean, Auriol, Villefranche et Guillaume Guiffre.

D'autre part les frères Pierre Mantonem et Pons Dominique et les fils de Pons de Mairotis¹ que tient ledit Aimeric étaient des hommes de Bérenger de Fontiano² autrefois faidit.

C'est pourquoi, seigneur sénéchal, si vous faisiez sérieusement faire une enquête sur tout cela en votre présence, par les hommes de Montlaur sous serment et qu'Aimeric leur aurait ordonné qu'ils disent la vérité, et par Raymond de Faviers qui est ancien et par Pierre Etienne de Faviers qui fut bayle du seigneur roi dans le Val de Dagne et par la mère de la femme de Bugarelli et par les hommes de Lagrasse, vous trouveriez sur les choses susdites pleinement la vérité, et je vous informe de tout ce qui précède pour que vous soyez tenu ainsi et vous conserviez fidèlement, dans les autres affaires, le droit du seigneur roi intact, de même que vous prévoyiez sur l'affaire de Montlaur que ledit Aimeric n'ait une condamnation au-delà de celle qu'il doit avoir.

125

1256

Lettres du roy Saint Louis par lesquelles il mande au sénéchal de Carcassonne de faire droit selon l'usage et coutume du pays à Pierre Raymond de Barbarano, et à Aymeric de Monteureao, lesquels il détenait prisonniers pour avoir fait la guerre contre Olivarius de

¹ Nous postulons qu'il doit falloir lire *Maironis*, soit Mayronnes, paroisse limitrophe du Val de Dagne au sud-est.

² Il doit s'agir de Fontiès d'Aude, limitrophe du Val de Dagne au nord-ouest.

Terminis.

Source : Doat-vol. 154 fol. 80.

Ludovicus Dei gratia Francorum rex, senescallo Carcassone, salutem. Mandamus vobis quatinus Petro Raimundi de Barbarano, et Aimerico de Monteauero quos captos detineatis pro eo quod fuerunt in Aurelio Chaberti contra Olivarius de Terminis in guerras, sicut dicimus plenum jus faciatis, et maturum ad usus et consuetudines patrie, super his que de vobis erunt requirenda.

126

1257, 2 novembre. - Carcassonne.

Pierre d'Auteuil, sénéchal de Carcassonne, en exécution du mandement de Louis IX d'avril 1257, assigne à l'abbé et à la communauté de Lagrasse les biens tenus en fief de l'abbaye par R. Abbam et ses frères¹ à Malviès pour 40 livres tournois, par Frotard de Penne et sa femme Raimonde de Ventajou à Malviès et Cépie pour 30 livres, par Pierre de Grave² à Cazilhac. Pour 16 livres les biens que possédait P. de Saint-Antonin à Rieugrand, Caunettes-sur-Lauquet, Arce, Penitentiis et qui avaient été confisqués par le roi, pour 30 livres, et sur les biens du roi 9 livres 6 sous à Bouilhonnac, 15 sous à Cascastel, 50 sous à Roubia, 4 sous à Villemagne, 104 livres 4 sous 9 deniers à Conques, Assac, Villeraze et Vic, 30 livres 8 sous 3 oboles à Berriac, 27 livres 4 sous 1 denier à Buadelle, Setséroux et Villepeyroux, 9 livres 2 sous à Blomac, le tout montant à 300 livres.

Source : Lagrasse II-206, p. 265-268.

B. Bibl. nat. de Fr., lat. 9996, fol. 28. - C. Vidimus par Louis IX en décembre 1257 (cf. acte n° 207), Bibl. nat. de Fr., lat. 9996, fol. 41. - D. *Id.*, premier Livre vert, fol. 218.

a. Mahul, t. II, p. 288. b. PAILHES (Claudine). - *Recueil des chartes de l'abbaye de La Grasse, tome II, 1117-1279*, Paris : C.T.H.S., 2000, acte 206, pp. 265-268.

INDIQUE : Trichaud, p. 447. - Du Laura, p. 139. - Inventaire de 1727, 1^{ère} layette, 2^e liasse, 8^e charte. - *Hist. Languedoc*, cat. Lagrasse, n° 169.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos, Petrus de Autolio, miles, senescallus Carcassone et Bitterris^a, litteras domini regis Francorum recepimus^b sub hac forma^c :

[Suit le texte du mandement de Louis IX d'avril 1257.]

Quarum auctoritate literarum^d assignavimus abbati et conventui predictis per estimationem^e bonorum virorum juratorum totum illud quod dominus Raymundus *Abbam*, miles, et heredes sui ex assignatione domini regis habebant in perpetuum apud Malverium et in terminis^f ejus, in feudo^g monasterii Crassensis, pro XL libris turon. annui redditus et totum illud quod dominus Frotardus^h de Pennaⁱ, miles, et domina Raimunda^j de Ventajono, uxor ejus, et heredes sui ex assignatione domini regis habebant in perpetuum ibidem et apud Sepianum^k ubicumque in feudo^l monasterii, similiter pro XXX libris turon. annui redditus. Item assignamus abbati et conventui predictis totum illud quod dominus Petrus^m de Grava, miles, ex assignatione domini regis habebat in perpetuum apud Casillacumⁿ et in terminis ejus in feodo^o monasterii Crassensis pro XVI libris turon. annui redditus. Item assignamus abbati et conventui predictis totum illud quod magister Petrus de Sancto Antonino^p habebat apud Rivum Grandem et apud Caunam de Loqueto^q et in terminis eorumdem et in terminio^r de Arsa et in terminio de Penitentiis vel circa tempore illo^s quo illud^t ad manum domini regis revocavimus pro XXX libris turon. annui redditus. Item assignamus eisdem apud Bolonachum^u IX libras et XII solidos

turon. annui redditus pro VI modiis ordei quos dominus rex ibi annuatim^v habebat. Item assignamus abbati et conventui antedictis XV solidos turon. annui redditus apud Cascium^w Castellum quos^x dominus rex habebat ibi annuatim ; item apud Rubianum^y L. solidos turon. annui redditus quos ibi habebat dominus rex annuatim ; item apud Villam Magnam IIII solidos turon. annui redditus quos dominus rex annuatim hic habebat in feudo monasterii Crassensis. Item assignamus abbati et conventui predictis totum illud quod dominus rex habet apud Couchas et in ejus terminus et in terminio de Asachz^z et de Vilarasa^{aa} et totum bladum, vinum et ortolagium^{ab} quod dominus rex habet in terminio de Vicco^{ac} per estimationem bonorum virorum juratorum pro CIIII libris IIII solidis et IX denariis turon. annui redditus videlicet capud castri^{ad} de Conchis pro LX solidis turon., talham^{ae} ejusdem ville pro L libris turon., ortolagium^{af} pro VII libris turon., usatica denariorum VI libras XVI solidos turon., bladum camporum II modia et X sextaria et eminam frumenti et V modia et V sextaria et eminam ordei, item usatica bladi III eminas et VI ponherias frumenti et XV sextaria et II ponherias ordei : summa^{ag} tocuis bladi illius ville II modia XII sextaria II ponherias frumenti et VI modia et IV sextaria et emina et II ponherias ordei que valent^{ah} XVIII libras XVII solidos IX denarios turon., pro quolibet sextario frumenti IIII solidos et pro sextario ordei II solidos, item X modia vini que valent VI libras, item II libras minus unum quarterium^{ai} cere que valent^{ah} II solidos et^{aj} VII denarios, item tres anceres^{ak} que valent II solidos, item II quartonos et dimidium olei qui valent^{ah} XXI denarios, item pro loguerio domorum XXX solidos, item pro pratis VIII solidos, item in terminale^{al} de Asacho^{am} III eminas olei que valent XV solidos et II libras cere que valent XXXII denarios, item usatica in denariis II solidos, item explete IX libras IIII solidos : summa ejusdem ville CIIII libras IIII solidos IX denarios turon. Item assignamus abbati et conventui predictis totum illud quod dominus rex habet apud Berriachum^{an} et in ejus terminus et in terminio judeorum per estimationem bonorum virorum juratorum pro XXX libris VIII solidis III obolis turon. annui redditus, videlicet talliam^{ao} ejusdem ville pro XII libris, pro censibus XXV solidos VII denarios et obolum, item pro boairia^{ap} et carragio animalium XX solidos, item pro blado camporum unum modium et dimidium et eminam frumenti et II modia XI sextaria ordei, item pro censibus bladi unum modium et eminam ordei : summa frumenti unum modium et dimidium et eminam et de ordeo^{aq} III modia XI sextaria et eminam que valent X libras et XVII solidos turon. ad precium antedictum ; item de redditibus judeorum IIII sextaria bladi ad tercium frumenti que valent XI solidos ; item VII gallinas de censibus que valent III solidos VI denarios^{ar}, item II modia vini puri qui^{as} valent XXIII solidos, item de redditibus judeorum unum modium vini quod valet^{at} XII solidos, item pro expletis^{au} LV solidos : summa valoris ejusdem ville XXX libras VIII solidos et III obolas, excepto quodam veteri molendino consumpto per inundationem aquarum quod remanet ad manum domini regis. Item assignamus abbati et conventui antedictis totum illud quod dominus rex habet apud Buadellam et in ejus terminis^{av} et in terminio Septem Sororum et de Villario^{aw} Petroso pro XXVII libris IIII solidis I denario turon. annui redditus, videlicet talliam^{ax} ejusdem ville pro VII libris X solidis, item pro usaticis cum alberga et loguerio domorum LVI solidos et X denarios, item pro sextariatis^{ay} terre XXX^{az} sextaria frumenti, item pro donationibus et tenementis I modium VI sextaria frumenti et I modium VI sextaria^{ba} ordei, item de usaticis bladi I sextarium II ponherias ordei et unam quarteriam frumenti et I eminam arraonis, item pro servicio animalium tempore messium II sextaria III quarterias ordei, et pro loguerio cujusdam orti unam quarteriam ordei : summa bladi III modia IIII sextaria et unam quarteriam frumenti et I modium X sextaria^{bb} II ponherias ordei et I eminam arraonis que valent XIII libras IX solidos IX denarios ad precium supradictum, item pro II modus vini de censu XXIII solidos, item dimidiam quarteriam olei [que]^{bc} valet VI denarios, item pro expletis L solidos^{bd} : summa valoris ejusdem ville XXVII libras IIII solidos I denarium. Item assignamus abbati et conventui superius nominatis apud Blumatum^{be} castrum pro VI solidis et

VIII modia vini que ibi percipiebat annuatim dominus rex, que valent IIII libras XVI solidos turon. et pro carragio^{bf} IIII libras turon. : summa ejusdem ville IX libras II solidos turon. Summa omnium predictorum : CCC libras turon., que omnia assignamus pleno jure abbati et conventui supradictis^{bg}. In cujus rei^{bh} testimonio presenti pagine sigillum nostrum duximus apponendum. Actum Carcassone, in crastinum^{bi} Sanctorum omnium, anno Domini MCCLVII, regnante Ludovico rege.

a. Bictaris D. - b. suscepimus D. - c. sub hec verba D. - d. litterarum D. - e. assignacionem C. - f terminis D, ici et dans le reste du texte. - g. feodo C, ici et dans le reste du texte. - h. Siotardus D. - i. Pena C - j. Raymunda D. - k. Cepianum D. - l. feudi D. - m. P. BC - n. Casilachum C, Cazilhacum D. - o. feudo D. - p. Antonio BC. - q. Caunem de Lauqueto D. - r. termino D, ici et dans le reste du texte. - s. illud C. - t. Dans C, illud se trouve entre regis et revocavimus. - u. Bolonacum C, Bolhonacum D. - v. annuatim ibi D. - w. Cacium C, Cassum D. - x. quod B. - y. Robianum D. - z. Asaco D. - aa. Villa Rasa D. - ab. ortaligium C. - ac. Vico D. - ad. castrum D. - ae. tailham D. - af ortalagium C. - ag. suam BC - ah. qui vallent D. - ai. uno quarterio D. - aj. et omis D. - ak. anseres C. - al. terminale D. - am. Asaco D. - an. Berriacum D. - ao. tailliam D. - ap. boeria D. - aq. cum eminam de ordeo D. - ar. III solidos et dimidium D. - as. que D. - at. qui valent BC. - au. exple surmonté de te dans D. - av. terminis ejus D. - aw. villario D. - ax. tayliam D. - ay. sextairiatis C. - az pro XXX sextarias terre D. - ba. I modium sextarium D. - bb. I modium X sextaria omis D. - bc. Restituer que. - bd. Les deux membres de phrase précédents ne se trouvent pas dans D. - be. Blumiacum D. - bf cartagio D. - bg predictis C. - bh. rei omis D. - bi. crastino D.

1- En compensation, en vertu du mandement d'avril 1257, le sénéchal assigna à R.Abban et à ses héritiers, le 14 septembre 1257, ce que le roi tenait à Montgaillard pour 25 livres 12 deniers tournois de rente annuelle, à Soulatgé pour 7 livres 12 sous 8 deniers, les basses justices et les revenus de ces villages pour 75 sous, et ce que le roi tenait à Greffeilh pour 4 livres 16 deniers, le tout faisant 40 livres (Bibl. nat. de Fr. lat. 9996, fol.25).– 2- Pour les mêmes raisons, le sénéchal assigna en août 1257 à Pierre de Grave le village de Peyriac (ibid., fol.23), sous réserve du paiement d'un cens annuel de 20 sous tournois. Cette assignation de Cazilhac d'abord à Pierre de Grave puis à l'abbé de Lagrasse fit l'objet d'un procès de la part de Flor, veuve de Pons Ferrol (cf. actes annexes n° 32-34).

127 1259, février

Bail en emphytéose en une peau de parchemin, fait le VI des calendes de février 1259 par le viguier de Carcassonne, à certains Hantz de Monlaur, de diverses possessions parvenues à sa majesté pour cause d'hérésie, et faidimens de Bertrand de Roquenégade, Brenquier des Pratz, et Bertrand de Capestan, situées au lieu et terroirs de Monlaur, apellés de Mate, Pontil, Laprade, Gavart, Casalie, St Roman, Ricrocal, sous le droit de tasque au Roy, à savoir de la neuvième partie des fruits et certaines censives. Acte retenu et signé par Pierre Marsel notaire, et cotté par n° 2

Source : Doat-vol. 254 fol.1093.

128 1260

Acte de l'échange fait entre Pierre de Autolio chevalier sénéchal de Carcassonne et de Béziers au nom du Roy Louis, et Aimeric de Montlaur chevalier fils de Bérenger de Montlaur seigneur du château de Montlaur avec ses appartenances pour lequel ledit sénéchal baille audit Aimeric le château de Brenaco. De l'an 1260.

Source : Doat-vol. 154 fol. 222.

ANNO millesimo ducentesimo sexagesimo (MCCLX) Incarnationis Dominicae. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Aimericus de Montelauro miles, filius quondam Berengerii de Montelauro habens castrum de Montelauro pro sua haereditaria portione et institutione in testamento patris sibi facta in scriptis, exceptis quibusdam dominiis, possessionibus et juribus, quae dominus rex Franciae per se ibi habebat pro faidimentis et haeresibus dominorum et militum, quorum fuerunt prout inferius designantur, et excepta terra quam Guerrejada, et liberi Raymundi de Montelauro, et Geraldus de Faveriis hodie ibi tenent, sponte nec deceptus visa et cognita utilitate sua dedit et permutavit in perpetuum domino Ludovico Dei gratia regi Franciae illustri, et domino Petro de Autolio militi, senescallo Carcassonae et Bitterris, pro ipso recipienti, praedictum castrum de Montelauro cum territorio, et hominibus, et talliis, et jurisdictione et cum omnibus juribus, et terminis, et pertinentiis suis, et cum nemore et terminali quod vocatur de Sancto Genesio, et est certum quod Berengerius de Montelauro frater dicti Aimerici nihil habebat in castro de Montelauro, vel terminis, vel pertinentiis ejus, quia in alia terra in Valle Danie sibi fuit haereditaria portio et assignata prout per testamentum paternum visum et perlectum non cancellatum, vel in aliqua sui parte obolitum est facta plena fides. Quam permutationem praedictus Aimericus fecit domino regi et domino senescallo praedicto, pro ipso recipienti, desinens habere animum possidendi, et constituens se possidere praecario a domino rege omnia supradicta, et dictam praecariam possessionem incontinenti resignavit [et reliquit domino senescallo praedicto nomine domini regis eam apprehendenti et pro praedicta permutatione sive excambio, recepit dictus Aimericus de Montelauro, sibi et successoribus suis in perpetuum, a domino rege Franciae [et a dicto domino senescallo nomine ejus permutante et tradente] castrum de Brenacho cum juribus et terminis suis, et cum terminio de Fauracho excepto terminio de Boisseto, prout inferius confrontantur. Tali pacto quod dictum castrum de Brenacho cum juribus et pertinentis suis et cum terminio de Faurach excepto terminio de Boisseto tenebit a Domino Rege Franciae in feudum honoratum, et de dicto feudo serviet Domino Regi in exercitiis, et aliis sicut suus fidelis vassallus, salvis et retentis domino regi commissis haereticorum et faiditorum quando ulterius ibi acciderint et majoribus justiciis, et mero imperio, de qua permutatione predictus Aimericus se habens pro paccato et contento. [Renuntians exceptioni rei permutate et non accepte et legi quo cavetur venditorem vel permutatorem posse agere ad supplementum pretii vel permutationis si ultra dimidiam fuerit deceptus et exceptioni doli, et in factum et omni juris et auxilio de cujus renuntiatione oporteret expressam fieri mentionem, quod hanc permutationem et omnia alia praedicta semper observet, et nunquam contraveniat per se vel per alium manifeste vel occulte] super sancta Dei evangelia corporaliter tacta sponte juravit promittens quod omnia instrumenta quae habet vel habere poterit tangencia factum castri de Montelauro quoquomodo tradet, et reddet dicto domino senescallo. Verumptamen ad ostendendum quod dictus Aymericus in hac permutatione non videatur deceptus bona quae dominus rex ante hanc permutationem habebat in castro de Montelauro et terminis et habere debebat, quae etiam per sententiam adquisiverat per curam et diligentiam et inquisitionem praedicti senescalli in presenti instrumento sunt inserta. Quae bona sunt ista videlicet bona et jura Bernardi de Montelauro, militis faiditi, qui quondam habebat tertiam partem in dominio et jurisdictione castri de Montelauro, et pertinentium ejus, et in taschis comunibus, et in nemoribus et in venationibus, et cimeriis et pascuis terminalium dicti castri, et in alia tertia parte omnium rerum praedictarum quondam habebat Bertrandus de Capitestagno faiditus tertiam partem, videlicet nonam partem totius, et Jordanetus filius Ferrandae, et Jordaneti militis faiditi habebat aliam tertiam partem in dicto tertio videlicet nonam partem totius; aliam vero tertiam partem dicti tertii videlicet nonam partem totius habebat Guerrejada filia Poncii Guillelmi et Rixendis filia Amelii de Villaffuranis militis; sed dictus Aimericus de Montelauro dictam nonam partem tempore istius permutationis possidebat et possederat per viginti annos et amplius. Item in ultimo tertio totius habebat tertiam partem, videlicet nonam partem totius, Bertrandus de Rupenegata faiditus aliam tertiam partem

videlicet nonam totius habebat Capbou faiditus, aliam tertiam partem videlicet nonam totius habebat Raymundus de Montelauro pro medietate quondam, sed tempore istius permutationis istam medietatem dictus Aimericus possidebat et possederat per viginti annos et amplius, et aliam medietatem dicti tertii, videlicet nonae partis totius habebat Arnaldus de Faveriis faiditus, et Geraldus de Faveriis, sed partem istius Ge. dictus Aimericus possidebat et possederat per viginti annos et amplius omnia bona praedictorum faiditorum et Guillelmae de Pratis pro crimine haeresis in murate et Petri de Podioterico (Puicheric) militis faiditi, et Villanovete de Palajano faiditi, et Berengerii de Fontiano faiditi, et Raymundi de Faveriis faiditi, et Petri Raymundi de Podio Terico faiditi, ante hanc permutationem praedictus senescallus invenerat quod inquisitionem fideliter factam ad dominum regem Franciae pertinere, licet dictus Aimericus et pater suus ea per viginti annos et amplius detinuissent in praejudicium domini regis et gravamen. Quidquid autem juris praedictus Aimericus in praedictis bonis habebat vel habere poterat aliquo iure, vel longa possessione, vel temporali praescriptione totum venit in praedicta permutatione, cassis omnibus juribus et omnibus actionibus domino regi et domino senescallo praedicto, pro ipso recipienti, a praedicto Aimerico. Castrum vero de MonteIauro cum pertinentiis suis et cum terminali quod vocatur de Sancto Genesio confrontatur in modum infrascriptum. Videlicet a parietibus de Villamagna usque ad passum de Equabus, et inde in ripariam de Alsono (l'Alsou), et inde ad fontem de Canario, et inde ad podium de Montecalvo, et inde ad petras de Clerico Mortuo, et inde per rechum de Arbossario inferius usque ad Malam Petram, et inde ad fontem de Burcanhac, et de inde ad collum de Cregis, et de inde ad la callum de Cominhano, et de inde ad gardam de Villalauro, et de inde ad collum de Ventafarinis, et de inde ad Ruppem Podii Nigri juxta Rupem Neccatam, et de inde ad collum de Brugario, et de inde ad Casulam Rotundam, et de inde usque ad Pissarot et de inde per serram inferius usque ad metam quae dividit terminium de Dompnova et de Sancto Genesio, et de dicta meta usque ad Ulmatellos et usque ad lausam de Dompnova, et de inde usque ad praedictos parietes de Villamanha; hoc salvo quod alii domini infra praedictas confrontationes hodie possident. Castrum autem de Brenacho cum pertinentiis suis et cum terminio de Faurucho, excepto terminio de Boisseto, confrontatur ex una parte cum terminio de Sauzillis, et de alia parte cum terminio de Boisseto domini regis, videlicet de foramine Casei ad lapidem vel terminum positum per Guillelmum de Tilio castellanum Montis Regalis, et per Peregrinum de Brenacho, et per Guillelmum Udalgerium, et per Pontium Fabrum de Rovenacho, et per Martinum Ortigerium et a dicto terminio ad stagnum capitis Combae Recosane tota Comba Recosana remanente ad terminium de Rovenacho, et a dicto stagno ad riale Combae Recosane, et ad vineam Pelisse, et inde per ripam de Costoges usque ad passum Pissarele, et inde ad foramen de Cutibus, et si terminium de Brenacho ulterius ex aliis partibus extendatur nullum praejudicium praedicto Aimerico generetur, et haec omnia facta sunt hoc salvo quod alii domini infra praedictas confrontationes hodie possident, sciendum tamen est quod dominus senescallus et Aimericus de Montelauro antedicti promiserant de evictione sibi ad invicem, de praemissis in super domina Esclarmonda uxor praedicti Aimerici de Montelauro predictam permutationem aprobavit et concessit et assensum suum praebuit scienter et consulte, renuncians senatus consultus Velleiani praesidio, et ypotecae pro dote, vel donatione propter nuptias et omni alii juri, si quod habet, et quod haec omnia servet et nunquam contraveniat per se vel per alium, manifeste vel occulte super sancta quatuor Dei evangelia corporaliter facta sponte juravit. Actum fuit hoc apud Montem Regalem ante castrum in testimonio domini Guillelmi de Banheriis, magistri Bartholomei de Podio judicum dicti senescalli, Guillelmi de Tilio castellani Montis Regalis, Bernardi de Castro Porto militi, Raymundi Rocha notarii Montis Regalis, Raymundi Hugonis notarii de Electo (Aleth), Arnaldi de Coganno jurisperiti de Limoso, Jordani filii quondam Guillelmi Ferrolli, Stephani de Gollon clerici senescalli praedicti, Amelii Caton militis, Arnaldi Ferrandi de Monte Regali. Quando autem dominus senescallus et Aimericus saepedicti promiserunt sibi de evictione de praemissis, in castro Carcassonae ante capellam.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo (M.CCLXI^o), kalendas aprilis, fuerunt testes Amelius Caton praedictus, Guillelmus Alvernascii constabularius Carcassone, Alionus serviens, dominus G. de Banheriis praedictus, Amalricus de Cambiacho, Petrus Fornerii, R. Guiraldi de Crassa. De praedicta autem Esclarmonda quando praedictam permutationem aprobavit [et concessit, et assensum suum praebuit] et juravit prout supra continetur apud Brenachum. Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo (M.CCLXI^o), tertio idus aprilis, fuerunt testes Guillelmus de Marciano, Arnaldus de Brenacho, Berengerius de Talada presbiter de Brenacho, Bernardus de Sancto Paulo clericus, Arnaldus Brunelli, G. Udalgerii, Petrus Ancelli de Brenacho, et Petrus Marsendi publicus notarius domini regis in Carcassona qui rogatus et mandatus hanc cartam scripsit, VI^o id. decembris et signum suum apposuit, regnante Ludouico rege Franciae --

Et sit notum quod pro praedicta permutatione dominus senescallus praedictus assignavit praedicto Aimerico castrum de Brenacho cum pertinentiis suis, et cum terminio de Fauruch superius affrontatum pro triginta (xxx) libris turonensibus annui redditus, hoc salvo quod alii milites hodie ibi tenent.

Traduction :

L'an 1260 de l'incarnation du Seigneur. Qu'il soit connu de tous les présents comme des futurs, qu'Aimeric de Montlaur, chevalier, fils de feu Bérenger de Montlaur, possédant le *castrum* de Montlaur comme étant sa part d'héritage, par institution faite par écrit dans le testament de son père, exceptés certaines seigneuries, possessions et droits, que le seigneur roi de France possédait alors pour lui-même pour cause de faidiment de seigneurs et chevaliers hérétiques, tels qu'ils seront décrits plus bas, et exceptée la terre que Guerrejade et les enfants de Raymond de Montlaur et Gérald de Faviers tiennent aujourd'hui, a donné et échangé spontanément et sans tromperie, son utilité étant vue et sue, à l'illustre seigneur Louis roi de France par la grâce de Dieu, et au seigneur chevalier Pierre d'Auteuil, sénéchal de Carcassonne et de Béziers recevant pour le roi, ledit *castrum* de Montlaur avec son territoire, ses hommes, ses tailles, sa juridiction et avec tous ses droits, ses limites, ses appartenances, avec le bois et le territoire qui s'appelle Saint Geniès. Il est de plus certain que Bérenger de Montlaur frère dudit Aimeric n'avait rien dans le *castrum* de Montlaur, ni à l'intérieur de ses limites, ni dans ses dépendances, car c'est dans une autre terre du Val de Dagne que sa part d'héritage lui fut assignée comme pleine foi en est faite par le testament de son père, testament vu, lu et non annullé, ou annullé dans aucune de ses parties. Et ledit Aimeric fit l'échange avec le seigneur roi et ledit seigneur sénéchal, pour lui récipiendaire, cessant d'avoir l'intention de posséder, et se considérant comme possédant par une précaire du seigneur roi tout ce qui est cité, il résigna ladite précaire sur le champ et la laissa audit seigneur sénéchal qui s'en saisit au nom du seigneur roi, et pour ladite permutation ou échange, ledit Aimeric de Montlaur reçut, pour lui et pour ses successeurs à perpétuité, du seigneur roi de France et dudit seigneur sénéchal échangeant et transmettant en son nom, le *castrum* de Brénac avec ses droits et ses limites, et avec le territoire de Faurac (Fauruc ?) sauf celui de Boissette (Bouichet ?) ainsi qu'il est décrit ci-dessous. Selon cet accord il tiendra en fief du seigneur roi de France ledit *castrum* de Brénac avec ses droits et ses appartenances et avec le territoire de Faurac excepté celui de Boissette, et par ce fief honorable il servira le seigneur roi dans les campagnes militaires et autres services comme un fidèle vassal, étant sauves et retenues par le seigneur roi les commises hérétiques s'il en arrivaient et les plus hautes justices et le mère empire, et de cette permutation le susdit Aimeric se disant apaisé et

contenté. Renonciations : sur l'échange non reçu, sur la non équivalence, sur le dol etc. il a juré sur les saints évangiles de Dieu corporellement touchées, promettant qu'il transmettrait tous les textes qu'il a ou pourrait avoir concernant l'affaire du *castrum* de Montlaur de quelque façon que ce soit, et qu'il les rend au seigneur sénéchal. Pour vraiment montrer que ledit Aimeric ne soit pas considéré comme trompé dans cette permutation, les biens que le seigneur roi avait et devait avoir dans le *castrum* de Montlaur et ses limites avant cette permutation, qu'aussi il avait acquis par une décision de justice par la diligence et le soin du susdit sénéchal, sont consignés dans la présente charte, et ces biens sont ceux-ci : les biens et les droits de Bernard de Montlaur chevalier faidit qui autrefois avait le tiers dans la seigneurie et la juridiction du *castrum* de Montlaur et de ses dépendances, dans les tasques communes, dans les bois, dans les droits de chasse, dans les *cimeriis*³ et les pâturages à l'intérieur des bornes dudit *castrum*, dans un autre tiers de toutes les choses susdites Bertrand de Capestang, faidit, en avait autrefois un tiers, c'est-à-dire la neuvième partie du tout, et Jordanetus, fils de Ferranda et de Jordanet chevalier faidit avait un autre tiers du tiers, c'est-à-dire la neuvième partie du tout, et le troisième tiers du tiers l'avait Guerrejade fille de Pons Guilhem et de Rixende, fille d'Amelius de Villefloure⁴ chevalier. Mais ledit Aimeric de Montlaur possédait au temps de ladite permutation ce dernier tiers et l'avait possédé pendant vingt ans et plus. De même Bertrand de Roquenégade faidit dans le dernier tiers il avait un tiers, c'est-à-dire la neuvième partie du tout, un autre tiers c'est-à-dire la neuvième partie du tout l'avait CapBou faidit, et le dernier tiers l'avait Raymond de Montlaur, autrefois par moitié, mais au temps dudit échange ledit Aimeric possédait cette moitié et l'avait possédée pendant plus de vingt ans, et l'autre moitié de ce tiers, c'est-à-dire de la neuvième partie du tout, c'est Arnaud de Favières faidit et Géraud de Favières, mais la part de ce Géraud ledit Aimeric la possédait et avait possédé pendant plus de vingt ans tous les biens des faidits prédits et de Guilhem de Prats pour crime d'hérésie et condamnation au mur et de Pierre de Puichéric chevalier faidit, et de Villanovete de Palaja faidit et de Bérenger de Fontiès faidit et de Raymond de Favières faidit et de Pierre Raymond de Puichéric faidit. Avant cet échange, le seigneur sénéchal s'était rendu compte par une inquisition fidèlement faite que (cela) revenait au seigneur roi, bien que ledit Aimeric et son père aient détenu ces biens pendant vingt ans et plus en préjudice et dommage du seigneur roi. Tous les droits quels qu'ils soient que le susdit Aimeric avait dans les susdits biens ou pouvait avoir par une autre voie juridique - ou la longue possession, ou la prescription temporaire - tout cela est inclus dans le susdit échange, tous les droits et toutes les actions étant cédés au seigneur roi et au sénéchal susdit qui reçoit pour le roi de la part du susdit Aimeric. D'autre part le *castrum* de Montlaur avec ses dépendances et le terroir qui s'appelle St Géniès ont des confronts de la manière suivante. À savoir depuis les murs de Villemagne jusqu'au gué des Equabus, et de là le long de la rive de l'Alsou, de là jusqu'à la fontaine de Canario, et de là jusqu'au pech de montecalvo, et de là jusqu'aux pierres du Clerc Mort, et de là par le rec de Arbossario vers le bas jusqu'à Mala Petra, et de là à la fontaine de Burcanhac, et de là à la colline de Cregis, et de là au *collum* de Comigne, et de là à la garde de Villalaur, et de là au *collum* de Ventafarine, et de là au roc de Pech Negre à côté de

³ Terme que nous n'avons pas su traduire...

⁴ De par le fait qu'il s'agisse du même prénom Amelius, et qu'il s'agisse de la même description de l'histoire de la possession de ce même tiers que l'autre document de 1251 nous convainc qu'il y a erreur du copiste, et qu'il faut lire Villalaur à la place de Villefloure.

Roque Négade, et de là au *collum* de Brugario, et de là à Casula rotunda, et de là jusqu'à Pissarot et de là à travers la serre vers le bas jusqu'à la borne qui divise le territoire de Domneuve et celui de St Génies, et de ladite borne jusqu'à Ulmatellos et jusqu'à la lause de Domneuve, et de là jusqu'aux dits murs de Villemagne. Cela mis à part ce que d'autres seigneurs possèdent aujourd'hui à l'intérieur desdits confronts. Et le *castrum* de Brenac avec ses dépendances avec le terroir de Faurucho, excepté le terroir de Boissete, sont confrontés d'un côté avec le terroir de Sauzillis, et d'autre part avec le territoire de Boissete du seigneur roi, c'est-à-dire le trou Casei jusqu'à la pierre ou la borne posée par Guilhem de Til châtelain de Montréal, et par Peregrinus de Brenac, par Guilhem Udalguier, Pons Fabre de Rovenac, par Martin Ortiguier, et depuis ce terroir jusqu'à l'étang de la tête de la combe Recosane, toute la combe Recosane restant dans le terroir de Rovenac, et depuis l'étang vers le ruisseau de la combe Recosane, jusqu'à la vigne Pelisse, et de là le long de la rive de Coustouges jusqu'au pas Pissarel, et de là jusqu'au trou de Cutibus, et si le terroir de Brenac était étendu ultérieurement d'un autre côté, qu'aucun préjudice ne soit généré pour Aimeric, et toutes ces choses ont été faites en réservant ce que les autres seigneurs possèdent aujourd'hui à l'intérieur des confronts susdits, sachant cependant que le seigneur sénéchal et Aimeric de Montlaur se sont fait une promesse l'un envers l'autre de [non] éviction. En plus des choses dites ci-dessus, Esclarmonde femme dudit Aimeric de Montlaur a approuvé l'échange et a concédé et offert son accord en connaissance de cause et publiquement, et elle renonce à la protection du *senatus consulte* Velleyen, et de l'hypothèque pour la dot, ou à la donation pour cause de noces et à tout autre droit si elle en avait ; et elle a juré qu'elle accomplira tout cela et qu'elle ne contreviendra jamais par elle ou par quelqu'un d'autre, de façon publique ou cachée, sur les quatre saints évangiles touchés corporellement de son plein gré. Cela fut fait à Montréal devant le *castrum*, avec le témoignage du seigneur ...⁵

Quand le seigneur sénéchal et Aimeric se sont promis mutuellement la non éviction ils étaient dans le château de Carcassonne devant la chapelle. En l'an 1261 le premier avril, furent témoins ... connétable..., sergent... Au sujet d'Esclarmonde quand elle a approuvé la permutation et elle a concédé et juré à Brénac. En l'an du seigneur 1261 le 11 avril, furent témoins... qui requis et sur l'ordre a rédigé cette charte le 8 décembre et a posé son seing, sous Louis roi de France.

Et qu'il soit noté que pour ledit échange le susdit seigneur sénéchal a assigné au susdit Aimeric le *castrum* de Brénac et ses appartenances, avec le territoire de Fauruch et ses confronts pour trente livres tournois de rente annuelle, étant excepté ce qu'ont là aujourd'hui les autres chevaliers.

129

1260, 11 septembre

Bail en emphytéose en une pièce de parchemin, fait le 3 des ides de septembre 1260 par le sénéchal de Carcassonne et Guillaume Sigan¹ écuyer, de certain bien confisqué à la femme

⁵ Nous avons ici sciemment omis des séries d'énumérations qui ne nous paraissaient pas importantes pour notre propos et qui auraient considérablement alourdi la lecture.

dudit Guillaume, situé à la Val de Dagne dépendant de la viguerie de Termenès, et lieux de Rieux, Villetritoulz, La Bastide, le Vilar, Clermont, et terroir de Villemagne, et de Tresbès, sous la censive de 6 sous au roy. Acte retenu et signé par Pierre Marsen notaire, et cotté par n°1.

Source : Doat-vol. 254 fol. 1100.

1. L'étude de Mahul de cette famille (Mahul, t. II, p. 193) montre qu'il y a ici selon toute vraisemblance erreur du copiste de Doat, il s'agit très probablement de Guillaume Siran, une famille du Minervoïs.

130

1262 [n. st.], mars¹

Lettres du roi saint Louis portant confirmation de la vente faite par Olivier de Termes au chapitre de l'église de St Nazaire de Carcassonne² de toute la seigneurie de Carcassonne et autres droits, qu'il avait sur les châteaux, villes et lieux de Serviès, de Taurize, d'Arquettes et autres y exprimés pour le prix de 40200 s. melgoriens. [contre 50 sous de cens à payer annuellement à Noël par le chapitre]

Source : Doat-vol. 65, fol. 141.

Pro capitulo ecclesie Carcassone

Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod in nostra presentia constitutus dilectus [fol. 141v] et fidelis noster Olivarius de Terminis recognovit se vendidisse, tradidisse et quittasse in perpetuum capitulo ecclesie Sancti Nazarii Carcassone totum dominium et quicquid juris habebat et habere poterat et debebat in castris, villis, locis et terminis infrascriptis, scilicet de Serviano, de Taurisano, de Archis, de Caunetis, de Villatritolis, de Sancto Martino de Puteo, de Maironis et eorum pertinentiis, et etiam quicquid juris habebat et habere debebat in terminio [de Maironis, *barré*] seu terminis de Villaudriz, de Ayglino, de Jouantar, de Sancto Seberino, de Bena, de Campo Severio et de Gomer, omnibusque pertinentiis et adjacentiis eorumdem, et generaliter quicquid juris habebat et habere debebat in tota Valle de Dania, et in locis, terminiis seu villis omnibus supradictis pro pretio quadraginta milium et ducentorum solidorum melgoriensium, de quibus se coram nobis idem Olivarius tenuit [fol. 142] pro pagato. Nos autem ad petitionem predicti Olivarii venditionem predictam volumus et concedimus et autoritate regia confirmamus capitulo supradicto premissa omnia tenenda in perpetuum in manu mortua pacifice et quiete. Salvis et retentis nobis et successoribus nostris in predictis omnibus heresibus, et faidimentis quecumque comiti contingenti in futurum, necnon cavalcata et exercitu et altis justitiis, secundum consuetudinum dicte terre, retentis etiam nobis et successoribus nostris quinquaginta solidis melgoriensibus annui redditus ratione castris de Villatritols in nativitate Domini a dicto capitulo persolvendis, et salvo jure in omnibus alieno, quod ut ratum et stabile permaneat in futurum presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisius mense martis anno domini millesimo ducensimo sexagesimo primo.

1- Pâques tombant le 9 avril en 1262, il faut rectifier la date selon le style royal. – 2- Les mots de Carcassonne sont biffés par Gratian Capot.

Acte par lequel Pierre de Autolio sénéchal de Carcassonne et de Béziers baille au nom du Roy les lettres et droits de Cadoal à Hugues et Pons de Castillon frères qui avaient esté confisquées contre Bernard de Montlaur et autres chevaliers à cause de l'hérésie ou faidimentum.

Source : Doat-vol. 154 fol. 233.

8° Idus Aprilis 1261

Anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo Incarnationis Domini Dei. Noverint universi presentem carta inspecturi quod, cum significatum fuisset domino Petro de Autolio senescallo Carcassone et Bitterris quod dominus rex Francie habebat jus in omnibus possessionibus, bonis, et juribus, que Hugo [fol. 233v] de Castellione et Pontius fratres habent vel possident vel quasi in terminio de Cadoali, vel ratione Cadoalis, ratione faidimentorum Bernardi de Montelauro et quorundam aliorum militum domino regi ut dicebatur commissorum, amicabile compositio vel transactio fuit facta inter dominum senescallum et fratres predictos in hunc modum, videlicet quod predictus dominus senescallus predictas possessiones et omnia jura, que predicti fratres hodie tenent et possident in terminio de Cadoali, vel pro Cadoali vel quasi, dedit salvo jure alieno et concessit eis et heredibus ipsorum pro domino rege Francie ad habendum et tenendum in perpetuum ad censum annuum ab eodem domino rege pro suis voluntatibus faciendis, et quod pro dictis possessionibus et juribus dent et solvant annuatim domino regi et suis in festo Natalis Domini viginti solidos turonenses, vel melgorienses censuales. [fol. 234] Et annuam prestationem dicti census annui pro dictis possessionibus et juribus predicti fratres solempni stipulatione se et omnia bona sua obligaverunt domino regi Francie et predicto domino senescallo pro ipso recipienti et stipulanti sub obligatione omnium bonorum suorum, et sub omni renunciatione et cautela. Recognoscentes se tenere a domino rege Francie predicto possessiones et jura omnia supradicta, et pro predictis prestiterunt juramentum fidelitatis. Actum fuit hoc in castro civitatis Carcassone, in porticu ante capellam, in presentia et testimonio domini Petri de Vicinis, domini Aucelli, domini Amelii Catonis militum, magistri Bartholomei de Podio judicis curie Carcassone domini regis, Bartholomei magistri de Villamostantione, Bernardi de Solio de Fontano, Guillelmi Amaldi notarii Carcassone, Petri de Provino vicarii Carcassone, Hugonis de Alagniano, Guillelmi [fol. 234v] de Rivo jurisperiti Vallis Danie, Guillelmi Augerii, et mei Petri Marsendi publici notarii dominis regis in Carcassone, qui rogatus et mandatus hanc cartam scripsi, octavo idus aprilis, et signum meum apposui, regnante Ludovico rege Francie.

1- Pâques 1261 tombe le 9 avril, il faut donc rectifier la date.

Source : Inquesta (HGL, VII, col. 253)

78. — (p. 171.) — Nobili viro, etc., *ut supra*. Pelforta, filia quondam Pilifortis de Sirano, petit sibi restitui de bonis Bertrandi de Roquanegada mariti sui tria millia solidorum nomine dotis sue et mille et quingentos solidos Malgorienses, quos dictus Bertrandus dedit ei pro augmente nuptiali, et pro his idem maritus obligavit ei omnia bona sua, que habebat in castris de Barbairano, de Montelauro et eorum terminis et in terminio de Gavart et ejus appenditiis, que

bona tenet dominus Rex vel ex dono ejus alius. Et quoniam per inquisitionem invenimus, quod mater dicti Bertrandi fuit uxor P. de Roca de Arzincho et quod superduxit Aymericum de Roquanegada, de quo habuit dictum Bertrandum, ipso P. de Roca viro suo adhuc vivente, propter quod dictus Bertrandus in bonis predictorum succedere non potuit. Item quia invenitur quod maritus ipsius agentis fuit faiditus tempore comitis Montisfortis et socer ejus similiter antequam predicta agens cum dicto viro suo matrimonium contraxisset, qui etiam maritus in guerra vicecomitis postmodum extitit faiditus, quia tamen testes requisiti non sciverunt si bona soceri et mariti propter faidimentum tempore ipsius vicecomitis fuerunt confiscata, ex abundanti mandamus inquiri, decernentes quod si bona fuerunt empta de pecunia dotali agentis vel a marito quesita, ipsa restituatis eidem si Rex tenet, vel pecuniam pro rata bonorum que Rex tenet persolvatis, cum illo si quis fuerit qui habeat a domino Rege in assisia nominatim predicta vel computata componentes, de aliis faciatis maturum justicie complementum. Datum, *ut supra*. De donatione vero propter nuptias, cum liberi sint superstites, nolumus quidquam reddi. Datum, *ut supra*.

(la date la plus proche : 70. Datum anno Domini M^oCC^oLX^o II^o, mense aprili).

Inquesta (*HGL*, VII, col. 332)

C. pet. Pelforte, filie quondam Pelfortis de Sirano, dixit quod vidit dictum Pelfortem & Bertrandum de Rocanegada virum dicte Pelforte faiditos tempore comitis Montisfortis. Item dixit quod vidit dictum Bertrandum de Rocanegada in guerra vicecomitis.

133

[1259-1262]

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 336)

Col 336 : Contra petitionem G. de Castellone & Hugonis & Pontii fratrum de Monte Regali, dixit quod vidit G. de Castellone patrem eorum faiditum tempore comitis Montisfortis & postea apud Cabaretum tempore domini regis.

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 338)

Col 338 : Item contra petitionem Pontii de Castellone militis, dixit se vidisse dictum Pontium faiditum tempore comitis Montisfortis & in guerra vicecomitis similiter.

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 340)

Col 340 : Contra petitionem Pontii de Castillione militis de Tribus Bonis, dixit se vidisse dictum Pontium faiditum in guerra vicecomitis.

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 348)

Col 348 : Contra petitionem Rigaudi de Senesma & Sebeude sororis ejus, dixit se vidisse Pontium de Castellione patrem dictorum agentium faiditum tempore comitis Montisfortis & in guerra vicecomitis.

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 350)

Col 350 : Contra petitionem B. de Castello filii condam G. de Castello de Carcassona, quod vidit Pentium Restolli faiditum in guerra vicecomitis cum aliis hominibus suburbii Carcassone.

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 367)

Col 367 : Item contra petitionem Poncii de Castilione, filii Mire, dixit se vidisse Poncium de Castilione faiditum tempore guerre vicecomitis contra dominum regem in burgo Carcassone. Tamen audivit dici quod coactus intravit guerram, quia Olivarius de Terminis dixit vicecomiti quod miteret pro ipso & faceret ipsum adduci, & factum fuit sic, sicut audivit dici...

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 368)

Col 368 : Item contra petitionem Rigaudi de Senesme, dixit se vidisse Pontium de Castilione, patrem Rigaudi, faiditum tempore guerre comitis Montisfortis & tempore vicecomitis condam contra dominum regem. Item dixit se vidisse dictum Rigaudum inter faiditos apud Montemregalem, tamen non faciebat malum nec facere posset, quia non erat etatis XIII annorum, set erat ibi cum patre & matre...

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 376)

Col 376 : Item contra petitionem Adalaidis de Sancta Columba & fratris ejus Petri de Sancta Columba, dixit se vidisse dictum P. de Sancta Columba faiditum in guerra vicecomitis, & adhuc est & exheredatus. Item dixit quod dicta Adalais agens, vivente Poncio de Castilione primo marito suo, nupsit Raimundo deTurribus in Catalonia & dimisit Poncium, & ipse vidit ipsam manere cum ambobus, & quilibet tenebat ipsam pro uxore, & vivente dicto Poncio vidit ipsam manentem cum dicto Raimundo. Item dixit se vidisse Poncium de Castilione primum maritum dicte Adalaidis faiditum contra comitem Montisfortis & contra dominum regem in guerra vicecomitis, & adhuc est faiditus & exheredatus, & dominus rex tenet ejus bona vel alius pro ipso...

134

[1259-1262]

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 344)

Col. 344 : Contra petitionem Aude uxoris condam P. Ferrandi, militis de Tribus Bonis, dixit quod Aimericus de Rocanegada pater dicte Aude fuit faiditus tempore comitis Montisfortis & exheredatus, ipso teste vidente. Item dixit quod vidit Bertrandum de Rocanegada fratrem dicte Aude faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditum P. Ferrandi predictum tempore comitis Montisfortis & etiam in guerra vicecomitis.

Inquesta (*HGL*, VII, col. 371)

Col 371 : (F. 36 b). Item contra petitionem Aude uxoris quondam P. Ferrandi de Tribusbonis, dixit se vidisse Aimericum de Rocanegada faiditum tempore comitis Montisfortis, & dixit quod dicta Auda fuit copulata dicto P. Ferrandi tempore excommunicationis & tempore faidimenti. Item dixit vidisse Bertrandum de Rocanegada faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se

vidisse faiditum P. Ferrandi, maritum dicte Aude tempore comitis Montisfortis & in guerra vicecomitis....

135

[1259-1262]

Source: Inquesta (*HGL*, VII, col. 348)

Col 348 : (F. 12 a). Contra petitionem Esclarmunde uxoris R. de Faveriis, dixit se vidisse dictum R. de Faveriis faiditum tempore comitis Montisfortis.

Inquesta (*HGL*, VII, col. 368)

Col 368: (F. 3o b). Item contra petitionem Esclarmunde, uxoris Raimundi de Faveriis, dixit se vidisse dictum Raimundum de Faveriis faiditum tempore vicecomitis Biterrensis, ita quod veniebat in burgo Carcassone & dabat talliis, tamen non vidit ibi ipsum cum armis, tamen inter faiditos conversabatur, dum impugnabatur civitas Carcassone...

136

[1259-1262]

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 361)

Contra petitionem Saissie de Saxiacho uxoris quondam Ermengaudi de Montelauro, dixit se vidisse dictum Ermengaudum faiditum tempore comitis Montisfortis.

137

[1259-1262]

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 385)

(F. 57 b). Contra petitionem Raimunde filie quondam Guillelmi Sigerii de Montelauro, uxoris quondam Radulfi de Aquaviva, &c., dixit quod Guillelmus Sigerii de Montelauro semper fuit faiditus tempore comitis Montisfortis & domini regis & decessit faiditus. Item dixit se audivisse dici quod Radulfus de Aquaviva predictus fuit captus a quodam Francigena & quod redemit se a captione illa.....

138

[1259-1262]

Source : Inquesta (*HGL*, VII, col. 392)

Contra petitionem Blaque, uxoris quondam P. Gausberti de Laurano, &c., dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montisfortis & domini régis apud Cabare tum & in aliis locis Guillelmum Sigarii de Montelauro, patrem dicte Blanche. Item dixit se vidisse Petrum Gausberti, maritum dicte Blanche, immuratum apud Narbonem crimine heresis....

139
1263

Lettres au sénéchal de Carcassonne en une pièce de parchemin, de l'an 1263, portant mandement à Pierre Marsen notaire détenteur des notes de Guillaume Arnaud aussi notaire, d'exiger à Olivier de Termes le bail en emphytéose retenu par ledit Arnaud, le 13 des calendes de juillet 1258 et fait par le sénéchal audit Olivier, des possessions, censives et autres droits appartenant au roi au lieu de Villetritouls en la Val de Dagne, sous la censive de 50 s. payables annuellement à sa majesté, ledit bail étant au pied desdites lettres cotées par n°2

Source : Doat-vol. 254, fol. 1101

140
1267, 1^{er} mars

Donation faite par Beraide femme de Galhard de Bruniquendo fille de Pierre de Chastillon de Fonte Cuberta à Ugo, à Poncius et à Guillaume de Chastillon de Barbaira frères, des honneurs qu'elle avait dans le château de Saissac et leur cède conjointement avec son dit mari d'autres biens y exprimés.

Source : Doat-vol. 65, fol. 156

Kalendas martii anno 1267

Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. Noverint universi presentes pariter et futuri quod ego Braida uxor Galhardi de Bruniquendo, filia quondam Petri de [fol. 156v] Castilione de Fonte Cuberta, sponte et bono animo et absque omni vi et dolo ad hoc inducta, dono et jure ac titulo de pure et irrevocabilis donationis facte inter vivos trado, cedo et derelinquo vobis fratribus Ugoni et Pontio et Guillelmo de Castilione de Barbayra universoque vestrorum ordinio cum hac publica forma valida et in perpetuum valitura omnes honores et omnia quoscumque et quorumque habeo vel habere debeo aut homo vel femina de me vel meis antecessoribus aut per me vel pro illis habet vel habere debet in castro de Saxiaco intus vel extra vel in ejus pertinentiis et omnes homines et mulieres cum tenentiis suis ubicumque sint vel morentur ad me in dicto castro vel in ejus pertinentiis vel rationes eorumdem pertinentes vel debentes pertinere. Item ego Braida supradicta et Galhardus vir ejus, tradimus, cedimus [fol. 157] et derelinquimus vobis fratribus supradictis illam obligationem et donationem quam Raymundus de Terminiis et Guillelma de Saxiaco uxor ejus nobis fecerunt pro feodo de Cascarreto in episcopatu Tholosano, scilicet centum solidos melgoriensis et unum modium et dimidium frumenti et tres modios vini. Item tradimus, cedimus et derelinquimus vobis illum obligationem de centum solidis melgoriensibus quod Guillelmus de Castelo pater vester et Poncius de Castelo avunculus voster, milites, nobis fecerunt. Item ego Galhardus predictus et Beraida uxor ejus volumus, mandamus et constituimus quod illos quatuor millia et quingentos solidos melgoriensis quos ego Galhardus habui de dote uxoris mee predictae quos ego sibi assignavi super omnia mea bona penes nos retinemus in omni vita nostra, et post mortem nostram vobis vel vestris sine omni impedimento revertantur, salvo quod nos possimus legare [fol. 157v] duos solidos melgoriensis in perpetuum, et ideo vos dominos, possessores et procuratores omnium et singulorum predictorum in rem nostram facimus et constituimus, pleno jure, et ideo scientes renunciamus illi legi que dicit donationem ultra quingentos aureos non valere, et illi alteri legi per quam donatio ob causam ingratitudinis donatoris potest revocari et

quolibet auxilio juris canonici et civilis et consuetudinis quo ... vel revocari possemus adversus his que in hac carta continentur, et est verum quod super dictis duabus legibus quas eis renunciabamus fuimus certiorari a notario infrascripto quid dicebamus et cui juri renunciabamus, et insuper nos Galhardus et Beraida uxor ejus supradicti predicta cedimus vobis et vestris omnes actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas adversus aliquam personam nobis aliquo competentes vel competituras [fol. 158] in rebus predictis vel ratione rerum predictarum, sicque nos hec omnia predicta et singula sicut melius et largius ad utilitatem nostrum et nostrorum dici et intelligi potest. Nos semper observato et nunquam in aliquo contravenire nec fecissemus nec de cetero facere possemus quominus hec predicta donatio vel aliquid horum predictorum valeat vel valere possit super sancta Dei evangelia a nobis juratoribus corporaliter tacta cum manibus nostris dexteris gratis juramus et affirmamus. Et ego Galhardus predictus vir dicte Beraide gratis et bono animo ad hoc inductus in virtute prestiti juramenti predictam donationem gratam et firmam habens in omnibus maxime cum dicta donatio facta sit de meo consilio et assensu ideo dictam donationem et omnia predicta et singula apporto et confirmo, promitto etiam quod contra hanc donationem vel aliquid [fol. 158v] predictorum nunquam per me vel personam interpositam veniam vel venire faciam ullo modo. Hoc factum fuit kalendas martii, Lodoico rege Francie, Alfonso comite, R. episcopo tholosano. Hujus rei sunt testes Raymundus Gairanda de Saixiaco et Poncius Monerius de Alsona et Bernardus Harta et Raymundus Domerc de Codlo splas et Petrus Guiraldus de Villaspino et Arnaldus Canutus publicus notarius de Podio Siurano qui rogatus a predictis hanc cartam scripsit et hoc signum apposuit.

141 1270 circa

Testament de Guillaume de Rieux en Val de Daigne, chevalier, lequel, sur le point de s'embarquer pour combattre au-delà des mers, avec le rois Louis IX, institue Guillaume, son fils, pour son héritier universel, et lui subroge le monastère de Sainte-Marie de Fontfroide. Ce testament donna lieu à un procès, par suite duquel une convention, de l'an 1301, envoya le monastère en possession, au préjudice d'Ermengaud de Roffian, damoiseau, héritier de Sicarde, veuve de Guillaume. Par suite, en 1317, l'abbaye de Fontfroide reçut l'investiture de la justice haute, moyenne et basse, du lieu de Rieux, selon ce qui est marqué dans le cartulaire de Fontfroide (*Gallia christiana*. T. VI. Col. 207. E.).

Source : Mahul, t II, p. 605.

142 1275, 5 février

Rica de Taurise, et Guillard, son époux, donnent à l'abbaye de Rieunette tout ce qu'ils possèdent dans la Val de Daigne (*Gallia Christiana* t. VI. Col. 1025 E.).

Source : Mahul, t II, p. 649.

143

1281, janvier

Tous les habitans de Montlaur en general, ont recongnu à messier Auger, abbé de La Grasse, ester vassaulx et subjects dudit seigneur abbé, et luy firent homage, avec serment de lui estre fidèles.

Source : Mahul, t II, p. 558.
Livre vert B fol. 121

144

1281, 27 décembre

Ramond de Bernard de Barbayran, et Bérenger, son frère, reconnaissent tenir en fief honoraire, de Monseigneur Auger et de son abbaye, tout ce qu'ils possèdent au village et terroir de Comelles, et que les haultes justices dudit lieu sont audit abbé, pour lequel fief ils promettent lui garder leur fidélité

Source : Mahul, t II, p. 592.
Livre vert B fol. 119v

145

1283, août

Lettres du roi Philippe le Hardi, par lesquelles il donne à Simon de Melun chevalier maréchal de France, à dame Marie sa femme, et à leurs héritiers le château de Montlaur avec toutes ses dépendances pour le service que ledit Simon avait rendu à sa majesté, et lui donne aussi la justice haute et basse sous le service annuel d'un chevalier pendant 40 jours.

Source : Doat-vol. 67, fol. 54

Philippus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos dilecto et fideli nostro Simoni de Melendino, cujus nobis accepta sunt obsequia, sub consideratione nobis impensi servitii, et ejus de sua uxore legitima heredibus, dedimus et concessimus imperpetuum castrum et villam de Montelauro in Carcasserio, cum suis pertinentiis, usque ad illum modum saltem quo ea tenuit ex nostra concessione Robertus de Mediona, miles, cum duobus feudis, de quibus sunt homines stagiarii Raimundus Alban et Raymundus Caben, domicelli et cum omni melioratione que in castro et villa et pertinentiis hujusmodi eveniet quoquomodocumque omni justitia tam alta quam bassa habenda et tenenda [fol. 54v] in feudum perpetuo de nobis et de successoribus nostris, ad servitium unius militis, nobis et nostris successoribus prestandum imposterum, videlicet annis singulis, pro quadraginta dies, ad sumptus suos, per totum regnum Francie et alias, prout nobiles Francie pro suos quadraginta dies pro his que in feudum tenent in Francia impendere solent. Retinemus tamen, in predictis omnibus, quod castrum et villa de Monte Lauro, nobis et successoribus nostris reddantur ad magnam vim et parvam. Item commissa hereticorum et faiditorum, portationum armorum et ressortum, de quibus omnibus dictus Simon ligium homagium nobis fecit. Unde presencium tenore mandamus senescallo nostro Carcassone, quatenus prefato Simoni vel suo

mandato, sine dilatione et difficultate qualibet, deliberet castrum, villam et pertinencias hujusmodi sicut premittitur tenendum. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, [fol. 55] presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Tholose, anno domini millesimo duncentesimo octuagesimo tertio, mense augusti.

146

1283, décembre

Noble Guillaume de Castillon, seigneur de Comèles, avec Pons de Castillon, son oncle, fait serment et hommage à l'Abbé de La Grasse, pour la seigneurie dudit lieu, qu'il confesse tenir du monastère de La Grasse, sous le cens annuel d'une livre de cire ; et en outre, que le monastère et le seigneur abbé, au nom d'icelui, ont toute haute justice de meurtre et rapt, sur le village, son territoire et ses appartenances.

Source : Mahul, t II, p. 592.
Livre vert B fol 119 recto

147

1286, 1^{er} janvier

Lettres du roy Philippe le Hardy portant confirmation de la transaction passée entre le syndic de l'abbé et couvent du monastère de La Grasse d'une part, et le procureur du roy en la sénéchaussée de Carcassonne d'autre part, sur leurs différends touchant le château de Montlaur que le dit syndic disait être du fief du dit monastère de la Grasse, et qu'il était venu par échange à la main du roy que sa majesté avait ensuite baillé à Herbert de Mediona chevalier sa vie durant, par laquelle il est porté que ledit château serait venu à fief dudit monastère moyennant la somme de trois cent livres qu'Auger abbé donnerait au sénéchal de Carcassonne.

Source : Doat-vol. 67 fol 75.

Philippus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus quod nos quoddam instrumentum publicum sigillatum sigillo Guidonis de Nautolio militis quondam senescalli nostri Carcassone vidimus in hoc verba : noverint universi presentes pariter et futuri quod, cum quedam causa ventilata fuisset in curia Carcassone domini regis inter Guillelmum de Villanova, procuratorem seu syndicum abbatis et conventus monasterii Crassensis, Carcassonensis diocesis, agentem ex parte una, et magistrum Petrum de Medencho procuratorem domini regis in senescallia Carcassone defendente ex altera, super eo quod dictus syndicus et procurator dictorum abbatis et monasterii dicebat castrum de Montelauro cum pertinentiis et appenditiis suis situm in diocesi Carcassone esse et esse debere de feudo dicti monasterii Crassensis, et ex causa permutationis venisse ad manum domini regis, et dominum regem ipsum castrum donasse domino Herberto de Mediona militi ad vitam. Quare petebat dictum castrum cum suis pertinentiis et appenditiis, territorio et districtu, dicto monasterio recognosci et a dicto monasterio teneri in feudum, et id quod dominus rex habebat in dicto catro et ejus pertinentiis extra manum dicti domini regis poni. Tandem causa diutius agitata dominus Augerius, Dei gratia abbas monasterii antedicti, propter dubium litis eventum, ex causa compositionis gratis et spontanea voluntate, obtulit nobili viro domino Guidoni de Nautolio militi domino de Meriacho senescallo Carcassone et Biterris pro dicta questione sibi ex suo monasterio quitanda et concedenda trecentas libras turonenses, ita quod castrum predictum cum omnibus juribus suis et pertinentiis et appenditiis,

territorio et districtu, jurisdictione omnimoda, mero et miato imperio, et justitiis omnibus quibuscumque est, prout ea dominus Simon de Meleduno habet, tenet et possidet vel per se vel per alium vel visus est habere et possidere vel quasi vel habere, tenere et possidere debet vel quasi, sit et remaneat et tenatur in feudum et de feudo monasterii Crassensis, quicumque dictum castrum teneat ipsum et ejus pertinentias et appenditias cum omnibus supradictis teneat et detenere recognoscat in feudum a domino abbate Crassensi et monasterio antedicto, et quod abbas Crassensis et monasterium in predicto castro et pertinentiis ejus et appenditiis habeat primum ressortum et primas appellationes habeant, etiam abbas et monasterium Crassense in predicto feudo foriscapia sive vendas quodcumque et quotiescumque feudum ipsum in totum vel in parte quacumque quota contenetet alienari nec non et retentionem [...] quo in alium transferetur, sive in totum vel in parte et etiam alia jura feudalia que dominus debet et potest habere in suo feudo. Quam oblationem et compositionem dictus senescallus, deliberatione habita et tractatu cum magistro Petra de Medencho, procuratore domini regis, et domino Guillelmo Bonimancipii avvocato domini regis in senescallia Carcassone qui causam predictam defenderant et de eorum voluntate, consilio et expresso assensu et ipsis presentibus et consentientibus, quia videbatur eis ut dicebant domino regi utiliter expedire necnon et de consilio dominorum Petri Radimundi judicis majoris dicti domini senescalli, Berengarii de Prutiano judicis Carcassone, domini Simonis de Carcassona jurisperiti presentium et eidem domino senescallo assistentium, modo et forma quibus supra nomine domini regis et pro eo acceptavit et predicta omnia ut suprascripta sunt dicto domino abbati presenti nomine suo et sui monasterii recipienti ex causa compositionis dimisit, concessit perpetuo et quitavit ut omnia prout suprascripta sunt idem dominus abbas et monasterium ejus et ejus perpetuo successores habeant et teneant et pacifice possideant et utantur vel quasi sine contradictione et impedimento domini regis et suorum, salvo tamen et retento domino regi et ejus successoribus, quod predicta omnia dictus dominus abbas et monasterium Crassense et ejus perpetuo successores teneant et tenere debeant et se tenere recognoscant a domino rege in feudum et quod secundum ressortum et secunde appellationes in omnem eventum ad dominum regem deveniant et ejus curiam et suorum perpetuo successorum et heredum et habeat dominus rex exercitum et cavalcatam et alia jura feudalia et servitia in feudo seu retrofeudo predicto, salvis semper et remanentibus dicto monasterio his omnibus qua superius in hac presenti compositione eidem domino abbati et suo monasterio sunt concessa et contenta, dictam autem pecunie summam et per dictum dominum abbatem oblatam idem dominus senescallus nomine domini regis confessus fuit se habuisse et recepisse, numerando integre et perfecta, ex causa compositionis presentis ad opus domini regis, et pro eodem et commodum ejusdem, renuntians exceptionis predictae pecunie non habite, non numerate, et sibi non solute ex causa predicta et in commodum et utilitatem domini regis non verse et hanc presentem compositionem et omnia prout supra scripta sunt in eadem dictus dominus senescallus nomine domini regis et pro eo et omnibus ejus heredibus et successoribus et dictus dominus abbas pro se et suo monasterio et successoribus tenere et setuare perpetuo et nunquam contravenire ad in vicem promiserunt. Acta fuerunt hec in civitate Carcassone, in domo episcopali in presentia et testimonio domini Petri Effrey militis castellani Montisregalis, domini Sicardi de Montebruno militis, magistri Stephani Guifredi jurisperiti, Geraldi de Villa Traverio monachi Crassensis, domini Bernardi Salvatoris monachi Crassensis, Petri Gaudini vicarii Albie et Albigesii domini regis, magistri Rainaldo de Vitesme clerici dicti domini senescalli, Bartholomei Calverie notarii Carcassone, magistri Guillelmi de Villanova predicti, Petri Paschalis notarii Carcassone, Guillelmi de Codeleto de Perpiniano et plurium aliorum et mei Bernardi Amati notarii publici curie Carcassone domini regis qui his interfui et mandatus et requisitus hanc cartam scripsi et signo meo signavi, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, quarto kalendas septembris regnante serenissimo principe domino Philippo Dei gratia rege francorum illustri. Et ad majorem autem omnium precedentium firmitatem nos Guido de Nautolio miles senescallus Carcassone predictus huic presenti publico

instrumento sigillum nostrum duximus appendendum, voluntas en concedentes quod sigillum predictum cassaretur, deletetur, rumpetetur vel vetustate consumetetur nihilominus presens intrumentum tanquam publicum vires et auctoritatem habeat puclici instrumenti. Nos vero predictam composstionem ratam et gratam habentes ipsam volumus et approbamus ac etiam confirmamus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Suessione die martis in octabis Nativitatis Domini, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto.

148

1286, veille de Saint-Matthieu

Acte de la réception faite par les religieux du monastère de La Grasse du neveu de G. grand archidiacre de l'église de Carcassonne, fils de Pons de Castillon pour religieux dudit monastère avec le consentement donné par Auger abbé par ses lettres y insérées.

Source : Doat-vol. 67 fol. 82v

[...] nomina vero monachorum presentium consentiensium sunt hec : Raymundus prior claustris, P. de Monteolivo, Geraldus Vergondionis, Rogerius Amelius Rainardi, B. priori Sancti Stephani, R. prior Rividario, Bartholomeus camerarius, R. Ferrolli, B. prepositus de Paderno, Aymericus de Monte Lauro, Pontius infirmarius, G. de Insula, Bonus Mancipius operarius, Bertrandus prior de Cambono, Poncius prepositus de Castano, ac prepositus G. Milano, B. prepositus Sancti Michaëlis de Nausa, Hugo de Barbayrano, Bernardus Elemosinarius, Bernardus de Cassio Castello, Bernardus prior de Palatio, Geraldus de Villa Traveria, P. priori, R. de Pesena, Hudalgarius Ferrolli, Bernardus de Sancto Stephano. [...]

149

1290, juillet

Vente par Simon de Melun, chevalier maréchal de France, et madame Marie sa femme, du château de Montlaur avec droits et appartenances, soit en forteresses, maisons, bois, vignes, prés, moulins, rentes, redevances, justices, fiefs, seigneuries, pour 4500 livres tournois dont 4000 déjà payées, les 500 dues à la Toussaint, à l'abbé Auger et le couvent de La Grasse.

Source : Doat-vol. 67 fol 55

150

1291, 26 décembre

Les habitans de Dompnove ont reconnu à messire Auger, abbé de La Grasse, ladite ville de Dompnove et ses appartenances être de la juridiction et dépendance du château de Montlaur, l'ayant ainsi appris et entendu de leurs ancêtres.

Source : Mahul, t II, p. 572.

Livre Vert B fol 121

151
1295

Confirmation par Auger, abbé de La Grasse, des libertés et concessions faites aux habitants de Montlaur par Simon de Melun, chevalier, alors seigneur dudit lieu, moyennant la somme de 100 livres, que lesdits habitants de Montlaur ont donné audit abbé : les causes ordinaires des habitants de Montlaur, dépendantes de la cour de l'Abbé, seront jugées à Montlaur même et non à La Grasse, sauf le cas d'appel, ou d'instruction criminelle d'office de ladite cour, et autres y spécifiées ; les limites du territoire de Montlaur s'étendront vers le territoire de La Grasse, de Villemagne à Pellat, à Saint-Michel de Nahuse et à Cominhan ; l'abbé ne pourra vendre les herbages du susdit territoire de Montlaur, depuis la fête de Tous les Saints jusqu'au mois de mai.

Source : Mahul, t II, p. 561.

152
1296, 27 juillet

Statut fait par Auger abbé et les religieux du monastère de La Grasse portant qu'il se tiendrait un chapitre tous les ans le lendemain de l'asomption dans ledit monastère pour traiter de la réforme et conservation dudit monastère. Est présent Aymeric de Montlaur ainsi que Bernard de Castillon.

Source : Doat-vol. 67, fol. 97

In nomine Domini amen, anno Nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, Philippo rege Francorum regnante, sexto kalendas augusti. Quoniam salubrium statutorum provisio fructum affert multiplicem tam cenobiis, quam aliis prelaturis, ipsorumque cenobiorum, ac prelaturarum regimina pluribus et diversis per ea honoris, et commodi proficiunt intrementis. Idcirco presentis scripture serie sit [fol. 97v] omnibus manifestum tam presentibus quam futuris, quod nos Augerius Dei gratia Crassensis monasterii diocesis Carcassonensis, nosque conventus ejusdem monasterii, videlicet Guillelmus de Planissolis prior claustralis, et sancti Petri de Rosyeus (?), Petrus Columbi sacrista, Bernardus Rogerii prepositus de Paderno, Raimundus de Aquaviva prior de Rividario, Bartholomeus de Barre camerarius, Raymundus Thome prior de Supplesenchis, Arnaldus de Beciaco prepositus de Tezano, Pontius Bernardi prepositus Sancti Michaelis de Nauza, Bertrandus de Marlaco prior Sancti Stephani, Berengarius de Conatio prepositus Caprespine, Bertrandus de Castello prior Camboni, Petrus Raimundi prepositus de Ravato, Arnaldus de Sancto Stephano prepositus de Milano, Pontius Ricardi prepositus de Caslario, Isarnus de Sancto Quintino precentor, Hugo de Barbayrano prior Sancti Petri de Burgalis, Bernardus Salvatoris prior [fol. 98] Sancti Martini de Puteo, Berengarius Dalmacii elemosinarius, Geraldus de Villa Craverio infirmarius, Berengarius majoris prepositus de Lesinhan, Galardus de Bisturre ortulanus, Geraldus Burgundionis sequerius de Narbona, Guillelmus Tamag, Raimundus Ferrolli, Aymericus de Montelauro, Berengarius sa Garda, Rogerius Amelii, Guillelmus de Cassio Castello, Andreas Hugonis, Raynoardus de Oviliano, Vitalis Camarada, Berengarius de Sancto Stephano, Petrus de Montealto, Arnaldus de Cadaleto, Guillelmus de Pomaribus, et Bernardus de Castilione, nos omnes insimul in capitulo ipsus monasterii, ut moris est personaliter congregati per nos et omnes successores nostros tam abbates, quam monachos dicti monasterii provide duximus perpetuo statuendum, ut universi et singuli [...]

153

1320, août

Lettres du roi Philippe V par lesquelles il approuve et confirme le paréage fait et passé entre Aimeric de Croso chevalier sénéchal de Carcassonne faisant pour sa majesté et le chapitre de l'église cathédrale de Carcassonne sur les justices des lieux Vallis Danie, à savoir de Serviès, de Taurize, d'Arquettes, de Villetritouls et de Caunettes au contrat du dit paréage inséré aux dites lettres.

Le paréage est des nones d'août 1320 et les lettres du roi du mois de novembre 1320

Source : Doat-vol. 65, fol. 214

154

1325

Alquier de Serviès, écuyer, fait hommage au chapitre de Carcassonne des biens qu'il possédait à Serviès. Ces biens ont été depuis aliénés par le Chapitre, pour le rachat du Roi François Ier.

Source : Mahul, t II, p. 627.

155

1328

Hommage à Guillaume, abbé de La Grasse, par Raymond de Castillon, pour la justice de Comelles.

Source : Mahul, t II, p. 592.
Livre noir, fol. 444

156

1336, 4 novembre

Paréage fait entre Nicolas abbé et le couvent du monastère de la Grasse et Raymond de Castillon damoiseau de Comelles touchant la juridiction haute et basse du château de Comelles et de ses dépendances.

Source : Doat-vol. 67, fol. 203

157

1341, 7 février

Selarmonde, veuve de noble Raimond d'Aban, en qualité de tutrice de Raimond d'Abban, son fils, rend au roi en la personne du sénéchal de Carcassonne, l'hommage et serment de fidélité

des terroirs de Pradelles, Roquenégade, et de la troisième partie de La Bastide-Surlac, tenus avec toute justice, haute, moyenne et basse. Acte retenu par Pierre Comitès, notaire de la Cité de Carcassonne (*Inventaire de M. J. Airolles* p 138 ms Archives du château de Leuc).

Source : Mahul, t II, p. 589.